Okładka tymczasowa.

EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LITTERARUM POLONICAE
Num. 81.

CODEX DIPLOMATICUS
ECCLESIAE CATHEDRALIS NECNON DIOECESEOS VILNENSIS

VOLUMINIS I FASCICULUS 2
(1468—1501)


WYDAWNICTWA KOMISJI HISTORYCZNEJ POL. AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI
Nr 81


KODEKS DYPLOMATYCZNY
KATEDRY I DIECEZJI WILEŃSKIEJ

TOMU I ZESZYT 2
(1468—~~1550~~ 1501)

WYDALI

KS. JAN FIJAŁEK I WŁADYSŁAW SEMKOWICZ





W KRAKOWIE 1939
NAKŁADEM POLSKIEJ AKADEMJI UMIEJĘTNOŚCI
SKŁAD GŁÓWNY W KSIĘGARNI GEBETHNERA I WOLFFA
WARSZAWA — KRAKÓW — LUBLIN — ŁÓDŹ — POZNAŃ — WILNO — ZAKOPANE.

in (D)ambronoua[3] W(i)lnensis[f] diocesis, de nobili genere ex utroque parente procreatus, quatenus sibi de dicta ecclesia in Gebanowo, cuius fructus etc. quatuor marcas argenti secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignacionem alicuius de illa extra Romanam curiam, eciam coram notario publico et iuris propositis factis aut coniurationem excitabant vacet, eciamsi specialiter reservatis, devolutis, affectis vel litigiosis, cuius litis status indultus huiusmodi placeat pro expresso existat, provideri mandare secumque in eandem parrochialem ecclesiam de Dambronoua una cum dicta ecclesia in Gebonowo, si sibi vigore literarum super presentibus conficiendarum conferatur, recipere et ad quinquenium insimul retinere libere et licite valeat, dispensare dignemini de gracia speciali et cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Concessum ut petitur, in presencia domini nostri pape. Pe(trus) Tiras(ensis).

Et cum dispensacione de duabus parrochialibus huiusmodi ad quinquenium.
Et de parrochiali ad annum.
Et quod non obstantibus littere finales ipsius habeantur pro expressis.
Et cum absolucione iuris quoad effectum iuramenti.
} Concessum Pe(trus) Tirasen(sis).

Datum Rome apud sanctum Marcum, quinto kalendas maii anno quarto.

250.

(Rzym), 4 maja 1468.

Papież (Paweł II) przenosi Jana biskupa łuckiego na stolicę biskupią w Wilnie, wakującą po śmierci biskupa Mikołaja.

Zap. oryg. w Archiwum Watykańskiem, Obl. et Solut. T. 82 k. 17' (nowa sygnatura 43'). Na lewym marginesie zapisek: Vilnen.

Reg. Abraham W., Sprawozdanie (III) str. 31.

Die IIII mai(i) ad relacionem reverendissimi domini cardinalis de Vrsinis[1] (S. D. N. in consistorio secreto) absolvit reverendum patrem dominum Johannem episcopum Luceoriensem[2], et transtulit eum ad ecclesiam Vilnensem, vacantem per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti[3].

251.

B. m. d. i r. (po 4 maja 1468).

Formuła przysięgi Jana biskupa wileńskiego na wierność i posłuszeństwo św. Piotrowi, Kościołowi Rzymskiemu i papieżowi Pawłowi II oraz jego następcom.

Or. Muzeum XX. Czartoryskich Vol. 2955 k. 69 nr 657. Dokument pergaminowy w formie »littera clausa« 50·3 × 35·8, z czterema przecięciami po pieczęci; u góry i u dołu

---

249. [f] Ambronoua Wlnensis *l. c.*

249. [3] *Zapewne Dąbrowa pod Sokółką na Podlasiu, dziś kościół dekanalny w diec. wil.*

250. [1] *Latinus de Ursinis biskup Trani, od r. 1448 kardynał, zmarł 1477 (Eubel, Hierarchia cath. T. II str. 11).* [2] *Jan Łosowicz biskup łucki od r. 1462/3 (ob. X. Dr Fijałek Uchrześcijanienie l. c. str. 154 przyp. 1).* [3] *Biskup wileński Mikołaj ze Solecznik zmarł dnia 29 września r. 1467 (Długosz, Hist. Pol. T. V str. 487).*

w środku marginesów zbutwiały z wilgoci tak, że powstały dziury. Tekst dobrze czytelny. Inicjał F do połowy tekstu. — Zapiski: 1) po prawej stronie poniżej tekstu ręką pisarza: M. de Mannucijs; *2) tamże z lewej strony inną ręką:* ⩧ *pod tem* Coradinus, *pod tem* G. Pele, *obok na marginesie:* Coranus *(czy* Coradinus*?)*: May; *3) na odwrociu, na złożeniu wierzchniem ręką tekstu:* Forma iuramenti *(inicjał ten sam co w tekście), ręka w. XVIII dopisała potem:* Reverendissimi Joannis Episcopi facti Sedi Apostolicae; *4) tamże u góry ręką w. XVI/XVII zapisek (wcześniejszy od poprzedniego):* Bona Ecclesiae non impignorabo; *5) na dole ręką w. XVIII:* Przysięga Biskupa Wilenskiego Jana Stolicy Apostolskiey; *6) na złożeniu bocznem ręką w. XVIII/XIX:* Juramentum Joannis Episcopi; *7) poniżej inną ręką nieco wcześniejszą:* Forma iuramenti episcopalis; *8) sygnatury: a) na złożeniu wierzchniem ręką w. XVII znak* П, *b) pod tem ręką w. XVIII:* N° 10, *c) na dole z w. XVI/XVII:* N° 34.

Kop. *Lib. I 2 k. CXLIX—CL z nagłówkiem:* Juramentum Joannis episcopi et forma eiusdem; *w w. XVIII dodano przy nagłówku datę* 1522; *ob. niżej przypis* [a].

Wyd. *1. Codex epistolaris sec. XV T. III wyd. A. Lewicki (Kraków 1894) str. 605/6 nr 108 (z* ***Or.*** *bez oznaczenia daty). — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. II str. 26/7 (z* ***Kop.****).*

Forma iuramenti:

Ego Johannes episcopus Wilnensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane Ecclesie ac domino nostro domino Paulo pape secundo[a] suisque successoribus | canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, seu iniurie | alique inferantur quovis quesito colore; consilium vero, quod michi credituri sunt, per se aut[b] nuncium seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum | et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnes homines. Legatum apostolice Sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura, honores, privilegia et auctoritatem Romane Ecclesie, domini nostri pape et successorum predictorum conservare, defendere, augere et promovere curabo; nec ero in consilio vel in facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel[c] eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia[d] persone, iuris, honoris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque procurari vel tractari novero, impediam hoc pro posse et quantotius potero commode, significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem ad ipsius notitiam poterit pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta[e], ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos, scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse prosequar[f] et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepedicione. Apostolorum limina[g] Romana Curia existente[h] citra singulis annis, ultra vero montes singulis biennis per me ipsum visitabo; et si post primam visitacionem personaliter factam aliquo legitimo impedimento prepeditus personaliter venire non potero, per aliquem fidum nuntium de gremio mee ecclesie aut alium in dignitate constitutum seu alias personatum habentem et de statu ecclesie bene instructum, qui vice mea apostolico conspectui se presentare et de legitimo impedimento huiusmodi nostro saltem per iuramentum legitimum fidem fa-

251. [a] *imię papieża Pawła przekreśliła ręka w. XVIII i nad wierszem nadpisała* Clementi VII, *co również przekreśliła i napisała* Adriano VI; *ks. Kurczewski zaopatrzył to pytajnikiem i dopisał:* »*Correctio videtur falsa. Juramentum fortassis emisit Joannes Łosowicz, qui sub Paulo secundo episcopatum gessit; fidendum magis antiquitati, quam correctori*« [b] per *dod. Lib. I* [c] ad *Lib. I* [d] periudicialia *Lib. I* [e] ad acta *Lib. I* [f] persequar *Lib. I* [g] *w Lib. I błędnie* lttima [h] *w tekście po* existente *późniejszy przecinek*

cere teneatur, id[i] adimplebo. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo[j], etiam cum consensu capituli[k] ecclesie mee, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei Evangelia.

252.

Rzym, 12 maja 1468.

Wilhelm (camerarius S. Collegii card.) poświadcza, że Jan biskup wileński przez Tomasza rektora kościoła par. w Przesmykach diec. łuckiej, jako swego prokuratora, złożył resztę należnej opłaty prowizyjnej.

Zapisek w Arch. Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 79 k. 131, z zapiskiem na lewym marginesie: Vilnen(sis) *a przy końcu:* R. 1. g̃. 2°; *na prawym marginesie* XXIII *(= kardynałów).*

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 31.

Gvilelmus[1] etc. Quod reverendus in Christo pater dominus Johannes episcopus Vilnensis pro totali solucione suorum communis et minuti servitiorum. In quibus etc. ac termino etc. ratione etc. floren(orum) auri de Camera viginti sex sol. XXXIII dan.[a] IIII nobis etc. per manus honorabilis domini viri Tomme rectoris parrochialis ecclesie in Prezomich[b 2] Lucioriensis diocesis eiusdem domini episcopi procuratoris die datae presentium solvi fecit naturaliter ratione ofert(or)ii. De quibus etc. In quorum etc. Datum Rome, XII mensis maii anno a Nativitate Domini MCCCCLXVIII, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providentia pape II anno quarto.

253.

Rzym, 13 maja 1468.

Rozdział kwoty, złożonej Kamerze apostolskiej za prowizję Jana biskupa wileńskiego, dokonaną w dniu poprzednim 12 maja, między kardynałów i duchownych ich kolegium.

Zapisek w Archiwum Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 80 k. 164' z zapiskiem na lewym marginesie: Vilnen(sis).

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 31.

Rome XIII maii dominus Johannes episcopus Vilnensis solvit flor. XXVI sol. XXXIII d. IIII. Fuit promotus Rome IIII° idus *(12)* maii, pontificatus domini Pauli anno IIII°. Fuerunt cardinales participes XXIII: Niconus Auinionensis, Pontinus Neapolitanus, Rothomagensis, Bononiensis, Spoletanus, Aquitanus, Mantuanus, Sti Sisti, S. Quatuor, Thoa-

---

251. [i] *wydawca daje w* id *duże* I [j] alienabo *Lib. I* [k] *brak w Lib. I*

252. [a] d̃an *Or.* [b] Inprezomich *Or.*

252. [1] *Wilhelm de Estoutevilla, kardynał od r. 1439 i arcyb. Rouen od r. 1453 camerarius S. Collegii † 1483 (Eubel, Hierarchia catholica T. II str. 5, 58 i 225).* [2] *Przesmyki, wieś parafjalna w ziemi drohickiej na Podlasiu (Słown. Geogr. T. IX str. 178).*

nensis, Vicentinus, Senensis, Sti Angeli, Albiensis, Rauenna(tensis), S. Petri in Vincula [a], Montisferrati, Vrsinus, Constantiensis, Papiensis, Vicecancellarius.

Capiunt clerici Collegii	fl. —	sol. XIII	d. IIII.
Restant —	fl. XXVI	sol. XX	d. —
Capit quilibet (dominorum) [b]	fl. I	sol. VII	d. IIII.

254.

Rzym, 13 maja 1468.

Poświadczenie złożenia Kamerze apostolskiej i Kolegium kardynalskiemu kwoty za przeniesienie Jana z biskupstwa łuckiego na biskupstwo wileńskie przez prokuratora tegoż, księdza Tomasza plebana w Przesmykach diec. łuckiej.

Zapisek w Archiwum Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 84 (307) k. 38' z zapiskiem na lewym marginesie: Wilnen(sis), *poniżej:* die XIII may sol(vit?) p(ecuniam?) introit(us) fo(lio) 12; *poniżej:* Solvit.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 32 (z mylną datą dzienną 3 maja).

Die XIII-a dicti mensis maii venerabilis vir dominus Thomas actu presbiter plebanus in Pezemikty [a 1] Luceoriensis diocesis, ut principalis et privata persona ac ut procurator et procuratorio nomine reverendi patris domini Johannis nuper episcopi Luceoriensis translati ad ecclesiam Wilnensem, pro(ut) de sue procurationis mandato constat publico instrumento, manu Johannis Jacobi de Nouaciuitate Poznaniensis diocesis in Camera apostolica dimisso, obtulit Camere apostolice et sacro reverendissimorum d. cardinalium Collegio pro communi servitio dicte ecclesie Wilnensis, ratione translationis de persona sua ad dictam ecclesiam Wilnensem, auctoritate apostolica facte per bullam domini Pauli sub data Rome apud Sanctam Mariam, quarto nonas maii anno quarto, flor. auri de camera quinquaginta, ad quos ipsa ecclesia taxata repperitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorumdem autem etc. Johannes Fortini notarius.

255.

Krewo, 24 czerwca 1468

Anna wdowa po Jerzym Gotołtowiczu i Jerzy dziedzic Wiszniewa ołtarzowi św. Jerzego i św. Anny nowo założonemu w kościele parafjalnym we wsi Krewie i jego duchownemu Jakóbowi zapisuje przy konsekracji trzy role oznaczone; siedmiu ludzi imiennie podanych z ich rodzinami i potomstwem; dziesięciny z dworu Wiszniewa, z folwarku Dworzec cz. Iwaszkiszki, tudzież z Bakszt i Kutyszek; daninę miodu w Olginianach, Bobrujsku; dwóch ludzi z rodziną; z obowiązkiem odprawiania przez Jakóba i jego następców co tydzień dwóch oficjów, za żywych i umarłych.

Or. brak.

---

253. [a] *sic* [b] *jak wyrażono w akcie bezpośrednio poprzednim tego tomu*

254. [a] *można też czytać* Pezemilrty *przekręcony polski ten wyraz Przesmyki*

254. [1] *Przesmyki, ob. wyżej str. 291 przyp. 2.*

Kop. *1. Lib. VI k. 293—294, z dopiskiem na marginesie:* Lectum Descriptum. — *2. Czart. k. 31'—32'. — 3. Lib. Magn. k. 24—24'.*

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wil. T. I str. 39—40. — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 197 (obydwaj autorowie przekształcają nazwisko męża Anny na Gasztołda).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis amen. Universis et singulis praesentibus et futuris huius notitiam habituris, lecturis et audituris, ad perpetuam rei memoriam praesentibus inducimus quibus expedit: Quomodo pensatis et diligenter in animo revolutis huius transitorii saeculi blandimentis, cum tamen in ipso nil sit[a] certius morte et nil incertius hora mortis, et unicuique secundum opera sua in futuro remetietur saeculo, proinde nos Anna relicta olim Georgii felicis memoriae Gotoltowicz[b] et Georgius[1] haeres legitimus in Wisniewo[2], cupientes ipsam mortis horam praevenire iudicisque universalis, qui modo mitis et pius est, operibus misericordiae sententiae irrevocabili ob(viare necnon) animarum nostrarum[c] et nostrorum praedecessorum ac successorum legitimorum saluti consulere, quod tunc sane et indubitanter credimus consecutum, cum pro cultu divino et sacris aedibus eorumque ministris manus extenderimus adiutrices, unde ad laudem et honorem Omnipotentis Dei et sanctorum eius Georgii martyris et Annae matris Dominae pro salute nostra nostrorumque praedecessorum et successorum legitimorum dedimus, appropriavimus donavimus, assignavimus praesentibusque damus, assignamus, attribuimus, appropriamus, donamus perpetua donatione et irrevocabili inscribimus aeviterne altari noviter erecto in laudem et honorem Omnipotentis Dei[d] et patronorum supradictorum in ecclesia parochiali et in villa dicta Krewo[3] in diocesi[e] Wilnensi sito et constructo, eiusque ministro protunc existenti, videlicet domino Jacobo et in futurum existentibus eius successoribus. In primis duos agros in Nieweryszki[f 4], super quibus singulis annis possent seminari quinquedecem[g] tunnae siliginis, qui quidem agri adiacent fluvio dicto Krewlanka[5], et tertium agrum in Werebiszki[6] ex altera parte fluvii huius, et pratum iuxta hoc ipsum flumen, longe, late et circumferentialiter, prout limitatum et terminatum per nos extant una cum primo fatis agris; item dedimus, assignavimus, donavimus praesentibusque damus, assignamus, donamus praedicto domino Jacobo eiusque successoribus septem homines, quorum unus Janecz Sowtiiankowicz[h], secundus frater eius Kostuk, tertius Chodor Milulicz, quartus Damianecz, quintus Lewonecz, sextus Miczko[i], septimus Oszyp cum uxoribus et pueris et omnibus posteris et successoribus ipsorum, terris, agris, campis, pratis, pascuis et universis utilitatibus dictorum kmetonum et hominum, quibuscunque vocentur nominibus nunc et in posterum existentibus, nihil[j] iuris, laboris, aggravationis et dominii in praedictis hominibus per nos et nostros successores in posterum reservando; item assignavimus et praesentibus damus, assigna-

255. [a] sit nil *Czart.* [b] *tak Lib. VI popr. drugą ręką z pierwotn.* Botoltowicz [c] nostrarumque *Lib. VI i Lib. M.* [d] *opuszcza Czart.* [e] diocaesi *Lib. VI*, dioecesi *Czart.*, diocesi *Lib. M.* [f] Niewieriszki *Czart. i Lib. M.* [g] quindecim *Czart.*, quindecem *Lib. M.* [h] *w Czart. można czytać także* Sowticankowicz [i] *Lib. VI poprawia* Micko *2-gą ręką zrazu na* Mićko *następnie na* Miczko, *jak mają też Czart. i Lib. M.* [j] nil *Czart i Lib. M.*

255. [1] *O Gotołtowiczach czyli Getowtowiczach, prawdopodobnie potomkach Getowta, który w Horodle przyjął herb Kopacz (ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich i t. d. w Roczniku Herald. T. VII [1924/5] str. 218).* [2] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 212 przyp. 2.* [3] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 10 przyp. 5.* [4] *Miejscowośc nieodgadniona.* [5] *Krewlanka albo Krewka, prawy dopływ Berezyny (niemnowej), płynący popod Krewem.* [6] *Werbuszki, wieś nad Krewlanką w pow. oszmiańskim, 6 km. na płd. od Krewa.*

mus decimas de curia nostra Wisniewo dicta de omni grano agrorum et semine hortorum; item de equis, iumentis et pecudibus primogenita singulis annis in dicta curia Wisniewo; item de praedio nostro dicto Dworzec alias Iwaskiszki[7] decimas de omni grano agrorum et semine hortorum; item in Baxti et in Kutiszki[8] decimas annonae de omni grano et de semine hortorum. Item in Olghenany[9] pullam mellis alias tunnam[k] et sexagenarum latorum grossorum singulis annis; item in Bobruysko[10] mediam alteram tunnam mellis; item duos homines cum uxoribus et pueris obnoxios pro curia ipsius et successorum eius. Ita tamen quod[l] praedictus minister dominus Jacobus pro tempore existens inpost etiam[m] existentibus successoribus singulis septimanis quolibet anno in perpetuum duplex officium divinum, vivorum scilicet[n] pro peccatis et defunctorum peragere debet et tenebitur una cum suis successoribus. Acta sunt haec in Krewo, in die S. Joannis Baptistae anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo. Coram r-mo patre domino et domino Joanne Dei gratia episcopo Luceoriensi et postulato Vilnensi, venerabilibusque viris et dominis Bartholomaeo custode Vilnensi et Joanne canonico Vilnensi, administratore tunc temporis, Joanne plebano in Krewo, Nicolao plebano in Trokieli, nobilibusque Narko Niekraszewicz, Joanne Karzeł, Joanne Szynakowicz, Joanne Bumontowicz, caeterisque testibus fidedignis ad haec vocatis specialiter et rogatis.

256.

Wilno, 7 lipca 1468.

Butko Jackowicz wraz z żoną Anastazją i synami Mikołajem, Leonardem i Stanisławem konwentowi Franciszkanów wileńskich u P. Marji na Piaskach zapisuje pięć beczek zboża i tyleż jarzyny oraz jednego wieprzu corocznie, z obowiązkiem odprawiania co tydzień dwóch mszy, jednej za żywych, drugiej za zmarłych, tudzież modlitw przy wypominkach po ich śmierci.

M. A. *Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy dośc dobrze zachowany, na zagięciu w jednem miejscu wygryziony, w paru miejscach splamiony, 22·5 X 17+3·7 cm. — Na pasku pergaminowym wisi pieczęć w czarnym wyciśnięta wosku, średn. 22 mm., wyobrażająca w polu pieczęci h. Łabędź (wlewo), w otoku napis gotycki:* + · S · buthko · iaczkos. — *Na grzbiecie zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem współczesną ręką:* Littera super X tunnas siliginis, item *(?)* triticum, item (?) porcum; *2) niżej z w. XVI:* 1468 *(uwydatnione w w. XVII); 3) tamże na złożeniu wierzchniem z w. XVII:* Donatio Budko *(poprawione później na* Vudko*)* Jackowicz quinque tonnarum siliginis, totidem tritici et unius porci 1468. Non specificatur super quibus bonis; *4) na złożeniu spodniem z w. XVIII:* N° 13 *(przekreślone).* Legatio quinque tunnarum frumenti, totidem siliginis et unius porci a domino Butko *(popr. z pierwotnego* Vutko*)* Jackowicz et conthorali eius Anastasia anno 1468; *5) sygnatury: a) z w. XVI:* A. 65, *b) z w. XVIII:* N° 48vo, *c)* Sub litera MM, *d) z w. XIX:* Od. 5 *(popr. z 4)*, Fas. 1. N° 11 *(popr. z 12).*

---

255. [k] *tak Lib. VI popr. na* tennam, *jak też Czart. i Lib. M.* [l] *tak Lib. VI popr. zdaje się z* ut [m] *tak Lib. VI popr. tąż ręką z* ecclesiae [n] videlicet *Czart.*

255. [7] *Zapewne Dworzec, wieś w pow. wilejskim przy drodze pocztowej z Ilji do Radoszkowic (Słown. Geogr. T. II str. 237).* [8] *Bakszty i Kutyszki (wedle Jankowskiego, Powiat Oszmiański T. II str. 223) leżą w powiecie wilejskim, zapewne są to Bakszty położone 5 km. na pn. od Radoszkowic.* [9] *Olginiany, wieś w pow. wileńskim o milę na płd.-wsch. od Wornian.* [10] *Bobrujsk, dziś miasto nad rzeką Berezyną (dnieprową).*

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, quod | nos dominus Bvthko Jaczkowycz una cum conthorali mea Anasthasia necnon liberis nostris | videlicet Nicolao, Leonardo, Stanislao et aliis sequentibus ad honorem Dei Omnipotentis et Virginis | Gloriose Marie nostram carorumque nostrorum tam vivorum quam mortuorum ob salutem, mera et spontanea voluntate ac matura deliberacione duximus decem thunas dare, quinque de frumento et quinque de silina[a] et unum porcum singulis annis temporibus eviternis ad festum sancti Nicolai Fratribus Minoribus in conventu Vilnensi commorantibus tam presentibus quam futuris; cupientes, quod fratres predicti conventus teneantur qualibet ebdomada duas missas celebrare, unam pro salute nostra, aliam pro defunctis singulis septimanis temporibus eviternis, et nos in suis oracionibus recomendatos habeant; post obitum vero nostrum animas nostras libris suis ascribent et pro ipsis Altissimum iugiter exorent. Si quis autem post decessum nostrum predicta ausu temerario vel nefando violare presumpserit vel in aliquo preiudicium fecerit, compareat coram altissimo iudice de iniuria nobis illata responsurus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Actum et datum Vilna, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo feria quinta infra octavam Visitacionis Marie. Presentibus providis et discretis viris videlicet domino Jacobo Ly[t]hphano viccario protunc presente et domino Mathia sacristiano, Bartholomeo cive Vilnensi, Petro organiste ad Sanctam Mariam publico notario existente et generosa domina Katherina alias Pyethkowa, et aliis quam pluribus fidedignis in premissis constitutis.

257.

Wilno, 7 lipca 1468.

(Jan syn Piotra) Gasztołtowicz wraz z żoną Katarzyną Pietkową oraz z dziećmi konwentowi franciszkanów wileńskich u P. Marji na Piaskach zapisuje dziesięć beczek z Olszowa, pięć w zbożu i pięć w jarzynie, ponadto jedną beczkę pszenicy i jedną grochu oraz jednego wieprzka corocznie, z obowiązkiem odprawiania co tydzień dwóch mszy, jednej za żywych, drugiej za zmarłych, tudzież modlitw przy wypominkach po ich śmierci.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, z prawej strony tekst wraz z marginesem w 1/3 części, w dolnej aż po pieczęć, wygryziony przez myszy, wytarty, zbrudzony, pismo miejscami zupełnie zatarte i nieczytelne, 24 × 14 + 3 cm. — Pisany tą samą ręką, co dokument poprzedni. — Po pieczęci pozostały nacięcia w zakładce. — Na grzbiecie zapiski: 1) na zakładce nad pieczęcią ręką tekstu: Raclysz; *2) na złożeniu wierzchniem zapiski zatarte; pozostały tylko ślady poszczególnych liter oraz sygnatury z w. XVI:* A. 70 *oraz z w. XVII:* Anno 1468 Olszowo; *3) na złożeniu spodniem z w. XVIII:* N° 14. Legatio quinque tunnarum siliginis totidem frumenti, unius tunnae tritici, alterius de piso et unius porci de... Olszowo a domino Joanne Petro *(s)* Gasztholthowicz et contorali eius Catherina, anno Domini 1468; *4) sygnatury: a) z w. XVIII:* N° 59[no], *b)* Sub littera MM, *c) z w. XIX:* Od. 5 *(popr. z 4)*, Fas. 1, N° 12 *(popr. z 13)*.

Uw. Uzupełniło się tekst brakujący na podstawie zapisków dorsalnych oraz przy pomocy wydanego w tym samym dniu dokumentu Butki Jackowicza (ob. Nr poprzedni).

256. [a] *tak w tekście może zam.* selino (*od* selinum, *pietruszka*) *lub raczej* siliqua = *roślina strączkowa* (*bób, groch*)

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presencium noticiam habi[turi, quod nos dominus Johannes Petri][a][1] | Gasztholthowicz una cum conthorali nostra Katherina alias Pyethkowa liberisque nostris ...[b] | ad honorem Dei Omnipotentis et Virginis Gloriose Marie nostram carorumque nostrorum [tam vivorum quam mortuorum ob] | salutem, mera et spontanea voluntate ac matura deliberacione duximus d[ecem tunnas dare de] Olszowo[2] quinque de silina[c] et quinque de frumento, unam de tritico, aliam de piso et u[num porcum singulis annis] temporibus eviternis Fratribus Minoribus ordinis sancti Francisci in conventu Viln[ensi commorantibus tam presentibus quam] futuris; cupientes, quod fratres predicti conventus teneantur qualibet ebdomada [duas missas celebrare, unam pro sa]lute nostra, aliam pro defunctis singulis septimanis temporibus eviternis, [et nos in suis oracionibus recomendatos] habeant; post obitum vero nostrum animas nostras (suis)[d] libris ascribent et pro i[psis Altissimum iugiter exorent. Si quis autem post decessum] nostrum predicta ausu temerario vel nefando violare presumpserit, vel in aliquo preiudicium fecerit, compareat coram] altissimo iudice de iniuria nobis illata responsurus. In cuius rei testi[monium sigillum nostrum est subappensum]. Datum Vilna in curia ...[e] sita prope ter...[f] [anno Domini millesimo quadringentesimo] sexagesimo octavo feria quinta infra octavam Visitacionis Marie. [Presentibus providis et discretis viris...[g] viccario presente domino Mathia sacristiano ...[g] Anastasia, domino Bartholomeo scabino Vilnensi et dom...[h] existente[i], et aliis quam pluribus fidedignis in premissis con[stitutis].

258.

Rzym, 23 lipca 1468.

Kazimierz Jagiellończyk król polski i t. d. zwraca się do papieża (Pawła (II) z prośbą o założenie za zgodą wikarjusza generalnego cismontańskiego, jak również biskupa ordynarjusza, pięciu domów klasztornych zakonu minorytów od obserwy (bernardynów) w Koronie i tyluż w Wielkiem Księstwie Litewskiem oraz na Rusi wraz z kościołami i cmentarzami, które powstać mają z ofiar wiernych, uprasza też o uprzywilejowanie i udzielenie łask, podnosząc przykładne życie tychże braci i gorliwe ich głoszenie słowa Bożego na Litwie i Rusi wśród heretyków i schyzmatyków — na co papież przyzwala.

Kop. w Archiwum Watykańskiem, Regesta Supplic. T. 620 k. 135' (nowa sygn. 131').

Beatissime Pater. Exponitur S(anctitati) V(estre) pro parte devoti illius et sancte Romane Ecclesie filii Kazimiri Polonie regis etc.: Quod in magno ducatu Litwanie et partibus Russie, eius generali domino subiectis, infidelibus finitimis ingens hereticorum et scismaticorum et aliorum infidelium multitudo habitat, illorumque numerus crescit

257. [a] *dziura w miejscu imienia wystawcy* [b] *pięć do sześciu wyrazów (imiona dzieci) brak* [c] *ob. przyp.* [a] *na str. 295 Nr 256* [d] *brak w tekście* [e] *trzy wyrazy zatarte* [f] *sześć do siedmiu wyrazów brak* [g] *dwóch do trzech wyrazów brak* [h] *siedmiu do ośmiu wyrazów brak* [i] existentem *w tekście*

257. [1] *Jan syn Piotra Gasztołtowicz (ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Roczn. Tow. Herald. T. VI [1923] str. 120).* [2] *Wsi tej nazwy nie odnalazło się; z współczesnego zapisku na zakładce* Raclysz *można wnosić, że są to późniejsze Rakliszki, położone w pow. lidzkim koło Ejszyszek.*

in dies, nisi de remedio provideatur opportuno. Et si Fratres ordinis Minorum de observantia nuncupati, ad quos christifideles illarum partium propter uberrimos fructus, quos eorum exemplari vita, predicationibus verbi Dei, monitionibus et continuis exhortationibus afferunt populis, circa salutem animarum gerunt specialem devotionis affectum, haberent in partibus illis ac etiam intra regnum Polonie aliquas alias domos ultra illas, quas habent pro eorum receptione et perpetua habitatione, profecto ut creditur cura, opera et solicitudine fratrum, qui illas inhabitarent, heretici et scismatici ac alii infideles predicti, qui partes illas incolunt, ab eorum erroribus revocarentur ac depositis illis ad Ecclesie unitatem et Domini nostri Ihesu Christi veri Dei cognitionem converterentur, fideles vero in fide ipsa preservarentur, et suarum animarum salutem (sectantes) integre *(?)*[a] instruerentur, succederetque exinde divini cultus in locis illis non modicum incrementum cum animarum salute et orthodoxe christiane fidei propagatione: supplicat igitur S(anctitati) V(estre) humiliter rex prefatus, quatenus in premissis opportune providentes, ut de consensu vicarii generalis cismontani[1] eorundem fratrum secundum morem dicti ordinis infra regnum Polonie quinque et in magno ducatu Litwanie et partibus Russie etiam quinque domos in locis ad id accomodis cum ecclesia, campanili, campanis, cimiteriis, dormitorio, refectorio, claustro, ortis, ortaliciis et aliis necessariis officinis ex hiis, que christifideles illarum partium pia largitione ad id duxerint erogare elemosinis, perpetuis usibus eorundem fratrum per vicarium provincie Polonie[2] pro tempore existentem, accedente ad id ordinarii loci illius consensu, de novo recipi, construi et fundari et eorundem fratrum perpetuis usibus applicari, prefatique fratres illas pro illorum usibus huiusmodi recipere et perpetuo inhabitare libere et licite valeant, licentiam concedere ac eisdem domibus, guardianis et fratribus, qui illas inhabitabunt, ut omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, indulgentiis et favoribus aliis domibus et fratribus dicti ordinis in genere concessis, quibus illi potiuntur et gaudent aut potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, potiri et gaudere possint et valeant, concedere et indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris vestri, ne videlicet dicti ordinis fratres nova loca etc. et aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque. Cum aliis non obstantibus et clausulis consuetis.

Fiat ut petitur de duobus pro qualibet parte sine preiuditio. P.

Et de qualibet earundem decem domorum. Et cum dicta concessione, quod gaudeant privilegiis dicti ordinis in genere. Et quod littere expediantur gratis ubique, etiam in offitio abbreviatoris de mandato S. V.	Fiat ut supra. P.

Datum Rome apud S. Marcum, decimo kalendas augusti, anno quarto.

P. Tirasonensis.

258. [a] *wyraz na środku skrócony i nieczytelny, jakby* intre

258. [1] *Fr. Angelo de Clavasio wspomniany jako obecny w poniższym zaraz akcie utworzenia prowincji polskiej bernardynów tudzież w Kronice Bernardyńskiej Jana z Komorowa o odprawieniu tejże kapituły 11 paźdz. r. 1467 (Mon. Pol. Hist. T. V str. 196).* [2] *Prowincja ta polska utworzona została na kapitule prowincjonalnej w klasztorze św. Bernardyna w Krakowie 15 października r. 1467, aktem, którego tekst »Registrum vicariatus generalis cismontani Fr. M. de Bononia ab a. 1464« w Archiwum Watykańskiem (Arm. 2 nr 23 k. 97'—98) ogłosił Wł. Abraham w dodatku do swego Sprawozdania (III) w Archiwum Kom. Hist. Ser. 2, T. I str. 63/4. W akcie tym powiedziano, iż obejmuje ona:* loca, qui sunt in Pollonia Bassa, intra

259.

Rzym, 23 lipca 1468.

Papież Paweł II do opata klasztoru cysterskiego w Mogile (Piotra Hirszberga z Biecza): zleca wykonanie zarządzenia, którem załatwia przychylnie prośbę króla Kazimierza (Jagiellończyka), orędującego gorąco za zakonem braci mniejszych od obserwy (bernardynów), aby tenże mógł założyć dwa domy klasztorne w Polsce, tyleż na Litwie, jak również na Rusi, za zgodą wikarjusza generalnego cismontańskiego i miejscowych biskupów ordynarjuszów, tudzież z zastrzeżeniem praw kościołów parafjalnych, i obdarza te domy wszystkiemi przysługującemi prawami i przywilejami.

Or. brak.

Kop. Archiwum Watykańskie, Reg. Vat. T. 529 k. 121'—123. Na lewym marginesie obok imienia papieża inną ręką: L. Dathus; *na końcu pod tekstem:* Collat. G. Blondus, *poniżej zapiski z lewej strony:* Gratis de mandato domini nostri pape D. de Piscia, *obok* Ang., *wreszcie z prawej strony:* P. Bertrandi.

Wyd. 1. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II (Romae, 1861) str. 159 nr CXCVI (z Kop.). — 2. Turgeniew A. I., Historica Russiae Monimenta T. I (Petropoli 1841) str. 121—122 nr 122 (z Kop.).

Paulus etc. Dilecto filio abbati monasterii Mogilensis[1] Cracoviensis diocesis salutem etc. Piis fidelium votis gratum nos decet prestare consensum, et [a]ut ea, que religionis propagationem divini quoque cultus augmentum respitiunt, optatum sortiantur effectum, interponimus solicitudinis nostre partes. Sane pro parte carissimi in Christo filii nostri Kazimiri regis Polonie illustris nobis nuper exhibita peticio continebat[a], quod in magno ducatu Litwanie et partibus Russie, suo generali dominio subiectis, infidelibus finitimis ingens hereticorum et scismatichorum ac aliorum infidelium habitat multitudo, illorumque numerus in dies crescit et de maiori numero extat verisimiliter formidandum, nisi de remedio provideatur oportuno. Et sicut eadem peticio subiungebat, si Fratres ordinis Minorum observantie regularis, ad quos christifideles illarum partium propter uberrimos fructus, quos eorum exemplari vita, predicationibus verbi Dei, monitionibus et continuis exhortationibus afferunt populo, circa salutem animarum specialem gerunt devotionis affectum, in partibus illis ac etiam intra regnum Polonie alias domos ultra illas quas habitant, pro eorum usu et habitatione haberent, profecto ut creditur cura, opera et diligentia fratrum, qui illas pro tempore inhabitarent, heretici et scismatici ac alii infideles predicti, qui partes illas incolunt[b], ab eorum erroribus revocarentur ac illis a se abdicatis ad Ecclesiae unitatem et domini nostri Ihesu Christi veri Dei cognitionem converterentur, ipsique fideles in fide ipsa perseverarent firmius, et suarum animarum

terminos et metas regni Poloniae, atque in Polonia Alta necnon Mazovia et Russia presentia et futura, si que accipientur in Li(t)phania et Cuiauia et per totum regnum Polonie... *W Kronice Jana z Komorowa (Mon. Pol. Hist. T. V str. 196), w ustępie o utworzeniu tej nowej prowincji pominięta jest wzmianka o Litwie.*

259. [a]—[a] *opuszcza Theiner* [b] *dopisane ręką korektora na marginesie*

259. [1] *Piotr Hirszberg z Biecza opat mogilski 1461—1474 (ob. Monografja opactwa Cystersów we wsi Mogile [Kraków 1867] str. 95).*

salutem sectantes in via salutis plenius instruerentur, et exinde in partibus istis[c] non modicum cum animarum salute et orthodoxe fidei propagatione divini cultus succederet incrementum: quare pro parte dicti regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in Regno duas ac Ducatu totidem et partibus Russie predictis reliquas duas domos pro usu et habitatione fratrum eorundem fundandi et construendi, necnon fratribus eisdem, postquam fundate et constructe fuerint, illas acceptandi et perpetuo inhabitandi licentiam concedere, aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui [d]religionem et cultum eosdem nostris potissimum temporibus vigere et augeri intensis desideriis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita[d] eidem regi de consensu vicarii generalis cismontani eorundem fratrum, absque tamen[e] preiudicio alterius, in Regno duas et in Magno Ducatu similiter duas, ac in partibus Russie huiusmodi etiam reliquas duas domos in locis ad id accomodis et honestis cum singulis ecclesiis, campanilibus, campanis, refectoriis, dormitoriis, claustris, ortis, ortaliciis[f] et aliis necessariis officinis ex[g] suis et aliorum illarum partium christifidelium suffragiis et piis elemosinis pro usu et habitatione perpetuis fratrum eorundem, in illis domibus per vicarium provintie Polonie collocandorum et introducendorum, dummodo ordinariorum locorum ad id etiam expressus accedat assensus, de novo erigendi, construendi et fundandi seu erigi, construi et fundari faciendi, ipsisque fratribus domos ipsas, postquam constructe fuerint, inhabitandi auctoritate nostra licentiam largiaris. Nos enim, si concessionem huiusmodi per te vigore presentium fieri et domos easdem erigi, construi et edificari contigerit, universis et singulis fratribus dicti ordinis, quos in dictis domibus pro tempore morari contigerit, ut omnibus et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis et favoribus prefato ordini et ipsius domibus necnon personis earundem in genere concessis, uti et gaudere libere et licite valeant, auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri prohibente[h], ut fratres ordinum mendicantium in aliqua civitate vel villa vel claustro aut alio loco ad inhabitandum quocumque domos vel loca de novo recipere vel recepta mutare presumant, absque Sedis apostolice licentia speciali, faciente plenam et expressam de prohibitione huiusmodi mencionem, et aliis constitutionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicti ordinis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate roboratis, contrariis quibuscunque, iure tamen parrochialium ecclesiarum, infra quarum limites ipse domus edificabuntur, et alterius cuiuslibet in omnibus semper salvo. Datum Rome apud sanctum Marcum, anno etc. MCCCCLXVIII decimo kal. augusti, pontificatus nostri anno quarto.

260.

Trokiele, 1468.

Jerzy Gasztołd z Gieranon kościołowi parafjalnemu w Ostrowcu pod wezwaniem NPM. i Wszystkich Świętych i jego plebanowi zapisuje dwie miary miodu we włości Porzecze, z obowiązkiem odprawiania trzech mszy tygodniowo, za zmarłych, odpuszczenie grzechów i o NPM.

M.A. *Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Pergamin średniej grubości 25·2 × 10·6 + 1·6, dość znacznie rdzą splamiony, w górnym marginesie nadcięty, kilka dziurek od*

259. [c] *popr. z* ipsis [d–d] *opuszcza Theiner* [e] minime. *Theiner* [f] ortis, ortaliciis *Theiner* [g] cum *Theiner* [h] *tak w Kop.*

robactwa na zagięciach. Pismo silnie kursywne z małym inicjałem na całą wysokość tekstu. — Po pieczęci został pasek w nacięciu, w swem złożeniu nienaruszony. — Na marginesie wzdłuż ręką ks. kanonika M. Herburta z pol. w. XIX: NB. Jam perscriptum. *Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu spodniem z w. XVIII:* Przywiley na dwa uszadki na Porzeczu [Georgii] Gastoldi 1468 *(poprawiane później); 2) niżej innemi rękami:* Od Jerzego Gasztołda; Ostrowiec; *3) sygnatury: a) z w. XVIII:* A. 1mo, *b) z w. XIX:* Sztuka 6.

Kop. 1. Czart. k. 32'. — 2. Lib. Magn. k. 25.

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wil. T. I str. 64 (bez oznaczenia roku z podaniem źródła »Archiwum Dyecesale« t. j. Lib. Magn.). — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 186.

Uw. Ob. niżej dokument Bogdana Mitkowicza z r. 1474 pod tą datą.

In nomine Sancte Trinitatis eiusdemque individue unitatis amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nichil sit | cercius morte et nichil incercius nisi hora mortis, et unicuique iuxta opera sua eademque mensura, qua | mensus fuerit, remecietur ei[a], proinde nos Georgius Gastoldi heres in Goronany[b] [1], cupiens | ipsam horam mortis prevenire iudicisque universalis, qui modo mitis et pyus est, operibus misericordie sentencieque irrevocabili[c] obviare, iureque nostrorum[d] carorum predecessorum ac successorum saluti consulere animarum, quod tunc[e] sane et indubitanter credimus, cum pro cultu divino et sacris edibus manus extendimus adiutrices. Unde ad laudem et honorem Omnipotentis Dei Genitricisque eius et Omnium Sanctorum pro salute nostra et nostrorum carorum predecessorum ac successorum damus, attribuimus, appropriamus, incorporamus et donamus donacione perpetua atque irevocabili ac eviterne inscribimus eclesie parrochiali in Ostorowecz[f] [2] et plebano pro tempore existenti duas tenas alias w s s a t h y[g] mellis pro tributo in districtu Poyzeczee[h] [3] singulis ac perpetuis annis iure irevocabili in perpetua tempora. Actamen[i] volentes in supradicta eclesia augeri divinum cultum, qualibet ebdomada tres misse in sempiterna tempora; sed ut perfeccius et firmius statui[j] possint isti dies, in quibus prefate misse celebrari debeant[k], prima missa feria secunda pro defunctis, feria quarta pro peccatis, sabbathivis[l] vero diebus de Beata Virgine incessanter celebrari perpetuis duraturis. Actum et datum in Nowa Curia alias Trokele [4]. Presentibus testibus presbitero[m] domino Johanne alias Gąwszor et domino Stani-

260. [a] messus *Or.;* remetietur ei. Et *Czart. i Lib. M.* [b] Gieronany *Czart. i Lib. M.* [c] irrevocabiliter universalis *Or.* [d] *po* nostrorum *wytarte* que *w Or.* [e] hinc *Czart. i Lib. M.* [f] Ostrowecz *Czart. i Lib. M.* [g] *w Or. tą samą ręką dopisana przed* t *druga litera, prawdopodobnie także* t *a nadto nad* h *ślad jakiejś dopisanej litery, zdaje się dla oznaczenia* k; tenas alias uszadki *Czart.*, uszatki *Lib. M.* [h] *w Or. pierwotnie* Porzeczee, *poprawione tą samą ręką przez dopisanie do* r *laski dolnej* y *na* Poyzeczee; Porzecze *Czart.* Porzeczce *Lib. M.* [i] actas *Czart. i Lib. M.* [j] *koniec wyrazu na dziurze,* statui *ma Czart. i Lib. M.* [k] debebunt *Czart. i Lib. M.* (*z pow. złego odczyt. oryg.*) [l] sabbathwiys *Or.* [m] prebsitero *Or.*

260. [1] *Jerzy Gasztolt z Geranon, brat Marcina wojewody kijowskiego, później trockiego, bawi jako proboszcz wileński (dominus Georgius Gastaldus) w r. 1476 u boku Kallimacha w Wenecji a następnie w Kurji (Fontes rerum Polonicarum e tabulario R. Venetae ed. Dr Augustus Cieszkowski. Ser. I[a] Fasc. 3 [Poznań 1891] str. 172/3 nr 74 w liście Signorii do Jana Trivisana w Polsce); por. też o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich i t. d. (Rocznik Tow. Herald. T. VI [1923] str. 123).* [2] *Ostrowiec, dziś miasteczko i parafja w pow. wileńskim, w dekanacie Worniany 10 km. na płd. od nich.* [3] *Miejscowość nieodgadniona, położona zapewne w pobliżu Ostrowca.* [4] *Nowy Dwór albo Trokiele w powiecie lidzkim 17 km. na płn.-wsch. od Lidy.*

slao eiusdem generosi domini sacerdote, anno Domini millesimo quadricentesimo sexagesimo octavo. In cuius rei testimonium et robur sigillum nostrum appendimus.

261.

Rzym, 4 marca 1469.

Stanisław Sędziwojowicz rycerz diecezji wileńskiej uprasza papieża (Pawła II) o udzielenie odpustu 7 lat i tyluż kwadragen nawiedzającym ze skruchą i po spowiedzi wybudowany przez niego w Dziewałtowie kościół parafjalny w uroczystości św. Trójcy i Wniebowzięcia NMP., uzasadniając swą prośbę tą okolicznością, że przedtem był poganinem; na co papież przyzwala.

Kop. Archiwum Watykańskie, Reg. Supplicationum T. 631 k. 96 z zapiskiem na lewym marginesie inną ręką współczesną: Indulgen(tia).

Beatissime Pater. Ut parrochialis ecclesia Sancte Trinitatis in Dalwylthow[1] Wilnensis diocesis, quam devotus Beatitudinis Vestre et sancte Romane Ecclesie filius Stanislaus Sandwagy miles[2] dicte diocesis de novo construi et edificari fecit, in suis structuris et edificiis manuteneatur ac christifideles, qui nuper secundum ritum Ecclesie Romane celebrant et celebrari faciant ac alii eorum circumvicini, qui Tartari et pagani sunt, ad fidem catholicam revertantur fidesque ipsa inibi manifestetur, ad eandem ecclesiam devotionis causa confluant, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos: supplicat igitur Beatitudinem Vestram dictus Stanislaus miles, quatenus omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in eiusdem Sancte Trinitatis et Assumptionis Beate Marie Virginis (festivitatibus)[a] devote visitaverint annuatim et manus ad premissa adiutrices porrexerint, septem annos et totidem quadragenas indulgentiam de iniunctis eis penitenciis, que tractu temporis non expiret, misericorditer relaxare dignemini de gracia speciali. Constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque cum clausulis oportunis. Attento Pater Sancte, quod dictus miles constructor et fundator huiusmodi parochialis ecclesie, qui ritum antea[b] Tartarorum et paganorum sequebatur, noviter christianus factus est et pro fide christiana continue fortiter debellat.

Fiat ut petitur. P.[3]

Et in duobus festis ut prefertur. } Fiat. P.[3]
Et quod indulgencia huiusmodi perpetuo duret. }

Datum Rome apud sanctum Petrum, quarto nonas marcii anno quinto.

---

261. [a] *wyraz opuszczony; ob. Nr. następny* [b] inantea *w tekście*

261. [1] *Dziewałtów, dziś miasteczko na Litwie Kowieńskiej w pow. wilkomierskim, 6 km. na zach. od Wilkomierza, stara posiadłość Kieżgajłów.* [2] *Stanko czyli Stanisław syn Sędziwoja (Sudywoja) z Dziewałtowa był w latach 1464—1476 marszałkiem dworu Kazimierza Jagiellończyka na Litwie, starostą grodzieńskim w r. 1475 i wojewodą trockim w latach 1477—8 (ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich itd., Mies. Herald. 1914 z. 1/2 str. 11).* [3] *T. j. Petrus Barbo.*

262.

Rzym, 11 marca 1469.

Papież (Paweł II) na prośbę Stanisława Sędziwojowicza rycerza diecezji wileńskiej udziela odpustu lat siedmiu i tyluż kwadragen wszystkim wiernym, nawiedzającym i wspomagającym jałmużną wybudowany przez niego kościół parafjalny w Dziewałtowie w uroczystość św. Trójcy i Wniebowzięcia NMP.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Reg. Lateran. T. 669, k. 1. Na lewym marginesie: A. Trapesuntius, *u dołu:* P. Tr. *(?)* de Varris. — *2. Archiwum Kurji Arcybiskupiej w Kownie z w. XVIII (ob. Wyd.).*

Wyd. K. Jablonskis, Seniausieji Deltuvos bažyčios dokumentai, w czasopiśmie Praeities T. II (Kowno 1933) i w osobnej odbitce str. 3 (z niewłaściwie rozwiązaną datą roczną 1468) z kopji dość błędnej, ale zawierającej tekst arengi, niestety z lukami w dwóch miejscach: Etsi cunctae orbis ecclesiae sub sanctorum fundatae... illas tamen, quae ad honorem et sub vocabulo sanctae et individuae Trinitatis dedicatae noscuntur, eo celebriori memoriae convenit... et perfectius christianorum vota fidelium dirigit et ad gratiam exauditionis admittit.

Uw. Datowany jest ten dokument wedle calculus florentinus, który rozpoczyna początek roku od 25 marca datowanego roku, jak wskazują lata pontyfikatu papieskiego.

(Paulus etc.) universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Etsi cuncte etc. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia sancte Trinitatis in Dawilthow [1] Wilnensis diocesis, quam sicut accepimus dilectus filius Stanislaus Sandiuogii [2] miles dicte diocesis de bonis sibi a Deo collatis denuo construi fecit, in qua misse et alia divina officia secundum usum Romane Ecclesie celebrantur, in suis structuris et edificiis debite conservetur et manuteneatur, et a christifidelibus, qui convicini Tartarorum et paganorum existunt, congruis honoribus frequentetur, et tam christifideles eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, quam Tartari et pagani huiusmodi ad fidem christianam et religionem sancteque matris Ecclesie gremium et unitatem prout miles ipse, qui antea Tartarorum et paganorum ritum sequebatur, divina inspiratione nuper christianus effectus est, ferventius reducantur, et ad augmentationem et manutentionem eius manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus personis vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sancte Trinitatis predictam in eiusdem Sancte Trinitatis et Assumptionis Beate Marie Virginis festivitatibus devote visitaverint annuatim et ad manutentionem et conservationem eius manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum earundem diebus septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus, presentibus perpetuis temporibus valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam vel ad eius conservationem manus porrigentibus adiutrices aut alias inibi pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum lapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius existant roboris vel momenti.

262. [1] *Objaśnienie miejscowości ob. wyżej str. 301 Nr 261 przyp. 1.* [2] *Ob. o nim wyżej str. 301 Nr 261 przyp. 2.*

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo quinto idus martii, (pontificatus nostri) anno quinto.

263.

Rzym, 5 sierpnia 1469.

Papież Paweł II zleca proboszczowi i archidiakonowi wileńskim tudzież dziekanowi kościoła św. Jana Chrzciciela w Warszawie rozstrzygnąć zatarg między Ściborem biskupem płockim a księżną Anną wdową po Władysławie ks. mazowieckim.

Or. *brak.*

Reg. *Archiwum Watykańskie, Regesta Lateran. T. 684 k. 279 tej treści:* Praeposito et archidiacono Vilnensis ac decano S. Johannis Baptistae Warschoviensis Posnaniensis diocesis ecclesiarum, mandat eis (Stiborio petente) causam inter Stiborium episcopum Plocensem et Annam relictam quondam Wladislai ducis Mazoviae, viduam, domicellam Posnaniensis diocesis, discernere. Dicta Anna ipsum episcopum in villa Pyaski praefatae diocesis, ad mensam suam pertinente, iurisdictionem in spiritualibus et temporalibus contra iustitiam impedire praesumpsit et praesumit, et quasdam alias graves iniurias sibi irrogavit. Romae, 1469 nonas augusti, anno V. — P. X. *(?)* de Varris.

264.

Wilno, 30 września 1469.

Kazimierz Jagiellończyk król polski, wielki książę litewski i t. d. na prośbę braci od obserwy reguły św. Franciszka (bernardynów) nadaje obszerny plac z domami, przyległy do swego młyna nad rzeką Wilją, na wybudowanie klasztoru i kościoła ku czci św. Franciszka i Bernardyna wyznawców, którego to placu i domów właścicieli wymienia z zaznaczeniem nadania im w zamian osobnemi pizywilejami innych placów, z wyjątkiem mistrza dekretów Andrzeja z Wilna archidiakona wileńskiego i Maryny wdowy po Sunigajle, którzy swoje domy i place temuż klasztorowi ofiarowali dobrowolnie.

Or. *brak.*

associatis pro sua salubri provisione ordinabit fieri prepositum et mansionarios ac ministros competentes pro possibilitate proventuum serviencium de solucione eis providendo, qui horas et missas iuxta provisionem Domini ordinantis decantabunt, collacionem in eis cum toto iure patronatus habebit et sui successores habebunt perpetuo et in ewum, una cum regimine gubernacionis et possessionis superius expressis, ut ex hoc in ipsorum salubri ordinacione ex spe credita animarum nostrarum vivat memoria. Si autem hereditatem dictam Maleschewo cum aliis bonis superius expressis dictus Olechno Dyl me et uxore mea viventibus non exemerit, extunc eandem post mortem meam et uxoris mee eidem ecclesie in Hiskolth do et inscribo per eundem dominum episcopum successoresque tenendam, habendam et possidendam cum toto iure superius expresso, tamdiu quousque dicta exempcionis pecunia sibi data et soluta fuerit totaliter et cum effectu, iuxta cuius exigenciam hereditatem emat pro eadem ecclesia competentem. Et exinde similiter duas hastas pro expedicione belli et terrestri negocio pro tempore interveniente, prout superius circa donacionem uxoris mee consignatum est, expedire debet et[p] debebunt, quas expediciones b o y a r i[q] et servitores ei Hiskolth curie nostre associati in impensis et apparatu, ut premissum est, propriis implere tenebuntur et debebunt ex iure feodali sibique dicto domino episcopo et suis successoribus servire in modo et expedicione, qua nobis serviebant; in quibus servitoribus idem dominus episcopus et sui successores potestatem omnimodam substituendi alios in bona eorum habebit et habebunt, prout et nos habuimus, si se ab eisdem debitis serviciis abstraxerint, aut terras pro eis datas relinquerint, ut premissum est. Si quis autem, cuiuscunque status aut condicionis extiterit, ausu temerario contra premissa aliquid attemtare presumpserit, districtum Dei iudicium non evadat. Harum testimonio litterarum sigillum meum presentibus est subappensum[r]. Datum in Hiskolth, feria secunda in crastino post Sanctae Trinitatis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Presentibus eodem reverendo in Cristo patre et domino Johanne Dei gracia episcopo Vilnensi necnon honorabilibus et nobilibus Johanne officiali et Johanne canonicis[s] ecclesie kathedralis Vilnensis, Matthia altarista Sandivogii[t], Gabriele Domunthowicz[u], Alexandro Hindrichowicz[v], Olechno Malisczicz[w], Nicolao Dzerskowycz, Jacobo Johannis Nyemyrowicz[x], Jaroslao Phethkowicz[y], Nicolao Gyhirstoltowycz[x], aliisque pluribus fidedignis.

272.

(Podejrzany).

Gieranony, 16 czerwca 1471 (?).

Marcin Gasztołdowicz dziedzic Gieranon, starosta (wojewoda) kijowski funduje ołtarz w kościele św. Michała archanioła we wsi swej Dziewieniszkach z woli zmarłej matki swojej, i ustanawiając altarystą księdza Jana, nadaje mu dziesięcinę z dworu swego Lubowa, a ponadto dochody z miasta Tykocina i ze wsi Dziewian, przyczem wyznacza mu plac na budowę domu mieszkalnego nad rzeką Gawją.

Or. brak.

271. [p] *brak w Czart. i Lib. M.* [q] boiary *Czart.*, boiari *Lib. M.* [r] appensum *Czart.* [s] cannonicis *Lib. M.* [t] Sandiwogii *Lib. M.* [u] Domuntowicz *Czart. i Lib. M.* [v] Andrichowicz *Czart. i Lib. M.* [w] Malisczyc *Czart. i Lib. M.* [x] Niemierowic *Czart. i Lib. M.* [y] Phetkowycz *Czart. i Lib. M.* [x] Bekyrstołowicz *Czart.*, Bekyrstoltowicz *Lib. M.*

Kop. Tyszk. k. 56'—57 nr 50.

Uw. Data dzienna aktu, zamieszczona przy jego końcu (wtorek nazajutrz po św. Wicie), nie zgadza się z podaną na początku datą roku 1471, w którym dzień św. Wita przypadał na sobotę. Może jednak data roczna jest pomylona zamiast r. 1472, w którym rzeczywiście dzień św. Wita przypadał na poniedziałek. Wprawdzie ani forma ani treść aktu nie budzą podejrzenia, ale pokrewieństwo jego formalne i rzeczowe (wzmianka o matce i datacja dzienna według św. Wita) z silnie podejrzanym dokumentem tegoż Marcina z dnia 15 czerwca 1474 (ob. niżej pod tą datą) osłabia zaufanie do autentyczności obecnego jego przekazu. Kościół jednak w Dziewieniszkach istniał niewątpliwie już wcześniej.

In nomine Domini amen. Sub anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Nos Martinus Gasztholthovicz heres de Geranony [1], necnon capitaneus Kyowiensis, ad perpetuam rei noticiam notificamus quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, quoniam cupientes diem iudicii operibus misericordie prevenire, quecunque pro augmento cultus divini aut sacrarum edium edificacione errogamus, quare altare in villa nostra Dzevyenysszky [2] in ec(c)lesia sancti Michaelis archangeli per mandatum matris [a] nostre felicis recordii, in honorem Omnipotentis Dei et Gloriosissime Virginis Matris eius, duximus erigendum; ad hoc quidem altare discretum Joannem presbiterum statuimus, prefigentes sibi quantum ad nos videtur pertinere, cuius quidem officio fides roborabitur christiana, ut de gracia Dei Omnipotentis speramus, cuiusque actibus bonis et exemplis bonis mentes hominum suscitantur, necnon salutaribus proficient incrementis. Sed ut ipse rector predicti altaris et ipsius successores, qui pro tempore fuerint, digna retribucionis emolimenta percipiendo ad exequenda ea, que ipsis incumbunt, alacriscant et ceteri eius exemplo, eciam spe firma bonaque refecti, ad consequendam [b] vitam eternam fervencius elaborent [c], eidem altari et rectori eius pro tempore existenti decimam post nostram araturam in curia nostra Lvbowo [3] ascribimus, eciam de op(p)ido nostro dicto Thykoczyn [4] quinque sexagenas de Szachale [5] dictos ciclos de dictoque op(p)ido Thykoczyn duas tinnas mellis; item talentum alias camyen cere, viginti tunnas siliginis, duodecim tunnas avene, duodecim currus feni, vaccam et porcum de Dzevyany [6]; item pro edificacione domus eidem altariste locum seu aream, iacentem [d] penes fluvium Gowya, quam quidem aream seu locum homo noster dictus Saczko possidebat. Qui quidem altarista et eius successores tenebuntur singulis annis et sunt astricti qualibet septimana complere septem missas una cum viccario, quem viccarium predictus altarista et sui successores tenebuntur servare temporibus perpetuis. Datum in Geranony, feria tercia in crastino Viti.

272. [a] nris *w tekście* [b] exequendam *w tekście* [c] laborant *w tekście* [d] *w tekście po* iacentem *dodane* plebanum.

272. [1] *Marcin Gasztołdowicz z Gieranon starosta nowogrodzki 1464—1471, potem kijowski (wojewoda) aż do r. 1480, marszałek ziemski 1481, wreszcie wojewoda trocki 1481—3 (ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Roczniku Herald. T. VI [1921/3] str. 122—3).* [2] *Dziewieniszki, wieś parafjalna w Oszmiańskiem, w połowie drogi z Oszmiany do Lidy.* [3] *Lubowo jedno w pow. kalwaryjskim nad rz. Szeszupą, drugie nad Wilją na pn. od Wilna koło Niemenczyna; zdaje się, że tu mowa o tem ostatniem.* [4] *Tykocin, znane miasto na Podlasiu nad rz. Narwią.* [5] *Czyżby późniejsze Szaciły w par. Dziewieniszki?* [6] *Miejscowość nieznana.*

273.

Wilno, 30 września 1471.

Katarzyna Montuszowa sprzedaje Janowi biskupowi wileńskiemu dwóch ludzi Bianuszunojwiczów wraz z ich ziemiami i całą przynależnością za 23 kóp groszy praskich, odebranych z rąk Juszka Gotołtowicza, z wyłączeniem roszczeń swoich dwóch córek i krewnych.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Pergamin średniej grubości, 30·7 × 24·2 + 3, od wilgoci w większej części splamiony i na plamie z prawej strony pleśniejący, w wielu miejscach przez robactwo przeżarty. — Pismo wyrobione, inwokacja wydłużonemi literami z inicjałem do połowy tekstu, w nim jak zwykle zapisek X. M. Herburta: NB. Jam perscriptum. — *Pieczęci brak, pozostały po niej trzy dziurki i odciski sznurka na zakładce. — Na odwrociu: 1) na złożeniu wierzchniem pierwotny zapisek współczesny zupełnie wyblakły, z którego widoczne tylko wyrazy:* hominum duorum, *przepisany w w. XVIII:* Venditio Montosowey; *2) poniżej drugi zapisek z w. XVI/XVII, bardzo wyblakły, z którego rozpoznać można wyrazy:* ... certorum hominum ... episcopis Vilnensibus serviens; *3) data poniżej tą samą ręką* 1471 *uwydatniona w w. XVIII; 4) sygnatura z w. XVIII:* Num .VIII; *czerwonym atramentem z w. XIX:* N° 53.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CXIII—CXIV z nagłówkiem: Littere vendicionis duorum hominum *(dopisane inną późniejszą ręką):* Episcopo Vilnensi. — *2. Lib. II str. 322—324 nr 104 z nagłówkiem:* Venditio Catherinae Montusowa duorum subditorum pro certa summa Joanni episcopo Vilnensi *(odpis poprawiony wedle oryginału, w nazwiskach kilkakrotnie nieścisły, ale lepszy niż tekst w Lib. I i Czart.). — 3. Czart. k. XI'. — 4. Lib. Magn. k. VII.*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wil. T. I str. 59 (z amplifikacją, że posyłała synów swoich na wojnę i z przekręceniem nazwisk: Martusowa i Białoszunojcie*).*

In nomine Domini amen. Quoniam humana memoria eternitati non | commensuratur, expedit igitur, ut ea, que in humanis negociis fiunt, ad perpetuitatis ratitudinem[a] per litterarum | robur et testimonium proborum deducantur. Proinde ego Katherina Monthvssowa[b] universis et | singulis, tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, audituris, visuris et lecturis notum facio profitendo, quomodo non coacta, non compulsa nec allocuta[c], sed animo deliberato amicorum et propinquorum meorum consilio freta maturo, duos homines Matheyusz et Michailo[d] Byanoschvnoywyczy iure hereditario a me possessos reverendissimo in Cristo patri et domino Johanni[e] Dei gracia episcopo Wilnensi[f] suisque successoribus pro viginti tribus sexagenis latorum grossorum monete Pragensis numeri vero Polonicalis, in quamlibet sexagenam saxaginta grossos computando, ad utilitatem meam et necessaria iam integre et complete ex manibus nobilis domini Jusko Gotholtowycz[g] per me receptas vendidi et tenore presencium vendo cum eorum terra, agris cultis et colendis, arvis, sareptis, argulis, pratis, rubetis, silvis, gaiis, piscinis, aquarum decursibus ita longe, late et circumferencialiter, prout eosdem sola tenui et possedi, ac omni iure, proprietate[h], serviciis, laboribus, honoribus et donariis, uti usa sum eis in potestate mea[i] existentibus, et per ipsum dominum episcopum ac suos successores sic emptos, habendos, possidendos, tenendos, vendendos, commutandos, alienandos, et ad usus quos voluerit, ut sibi et successoribus suis melius videbitur, ex-

273. [a] certitudinem *Lib. I* [b] Montussowa *Lib. II*, Montusowa *Czart.* [c] *tak Lib. II i Czart., natomiast Lib. I ma* non compulsa nec allocuta nec coacta [d] Matheyvssz et Michaylo *Lib. I* [e] *na marginesie ręką ks. Kurczewskiego dopisane* Łosowicz [f] Vilnensi *Lib. I* [g] Botholtowicz *Lib. II i Czart.* [h] potestate *Lib. I* [i] nostra *Lib. I*

pedire convertendos perpetuo et in ewm; terram ipsorum a vicinis, si impedimentum aliquod contigerit, expurgando, ab omni eciam impedimento propinquorum iuxta obligacionem fori contracti intercedo et intercedere me obligo, in quantum vita in humanis fuerit michi comes, quia nullus tam filiarum mearum duarum[j], que ex divisione facta sortes receperunt[k] suas in eis contente, quam eciam consanguineorum ceterorum, qui nichil proprietatis et iuris respectu propinquitatis habent ad eosdem[l]. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subimpensum[m]. Datum Vilne, feria secunda ipso die sancti Jeronimi anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Presentibus honorabilibus, generosis, nobilibus et discretis dominis Johanne canonico ecclesie cathedralis Vilnensis, Juskone Gotholthowycz, Alberto Iwaskonis Szakowycz, Petro alias Dobrogosth Narbuthowycz, Paulo Ślązak, Gynywilo Bvywidowycz, Stanislao Georgii Jothkowycz genero meo, Michaele Raczowycz, Mathia plebano de Wschakowo[n], Mathia com(m)endario de Krawa, Jacobo altarista Juskonis Gotholthowycz, Nicolao Dzerszkowycz[o], Thoma et Georgio domini episcopi prefati servitoribus, aliisque multis fidedignis.

274.

Wilno, 15 listopada 1471.

Iwaszko Świerbkowicz wraz z żoną swą Sonką i z dziećmi sprzedaje i nadaje Janowi wikarjuszowi konwentu franciszkanów NPM. na Piaskach w Wilnie ziemię zwaną Dubrowa, w pobliżu rzeki albo ziemi Kieni za cztery kopy groszy, z prośbą o grób dla siebie i dzieci swoich w tym kościele.

Or. brak.

Kop. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, wśród papierów franciszkańskich z drugiej połowy w. XVIII łacińska, na pierwszej karcie arkusza folio, obejmującego Kopije dokumentow ex parte JXX. Franciszkanow wilenskich JW. JX. Horainowi biskupowi Hiren(eńskiemu), archidiakonowi wileńskiemu († *1774*) na sądy podkomorskie oddano; *skolacjonowana jest ona z oryginałem według zapisku korektora na dole str. 2 i 3:* Concordatum cum originali Truchnowski Regent Sądu Podkomorskiego Smolen. *i jego ręką ma na początku tekstu jak i przy reszcie dokumentu tę samą notatę:* Autentyk ieden co y W. Czyzowi, *nieco wyżej inną już ręką:* Nro 1mo.

Przekł. pol. tamże, w fascykuliku kopij dokumentów franciszkańskich z tegoż czasu na str. 2 nr 5 z wskazaniem sygnatury dokumentu: Sub Litt. AA. N⁰ 1mo *i regestem obok na marginesie inną ręką:* Kupno ziemi vel pola nad rzeczko Kijano nazwaney Dubrowa ze wszytkiemi przynalezytosciami.

Reg. w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie z 5 grudnia 1522 (ob. wyżej str. 37 Nr 22) w słowach: (21) Item literas Iwasko Swyerbkowicz[a], quibus confitetur terram unam Dvbrowa dictam prope fluvium seu terram Kyany sittam pro quatuor sexagenis eisdem fratribus se vendidisse.

In nomine Sanctae Trinitatis[b] et individuae unitatis amen. Cunctarum quaecunque aguntur hominum sub zodiaco[b] rerum perit memoria, nisi fuerit fideli testimonio roborata

---

273. [j] *brak w Lib. I* [k] *tak w Lib. II i Czart.; Lib. I ma* sortes receperunt propinquitatis sortes receperunt suas *i t. d.* [l] *tu brakuje orzeczenia do* quia nullus [m] subappensum *Lib. I* [n] Botholtowicz *Lib. II i Czart.* [o] Getoltowycz, Ivaskonis Sakowycz, Slezak, Gymywylo, Buywydowycz, commendaria, Derszkowycz *Lib. I*

274. [a] Swyerskowyecz *Metr. Kor.* [b—b] *poprawione przez Truchnowskiego z pierwotnego* Trinitatis amen. Quaecunque degunt hominem sodiaco, *lecz* degunt *pozostawił*

et perennata, et ex quo inter universa animalia homo sit et dignior et creatura perfectior, in resolutione corporis ab anima merito debet recognoscere Creatorem[c] suum. Noverint igitur universi et singuli, tam praesentes quam futuri praesens hoc privilegium visuri, lecturi et audituri: quod nos Iwaszko nobilis alias Swyerpkowicz[d] una cum co(n)thorali mea domina Sonca[e] necnon meis liberis, existens mente et corpore incolumis, non coactus neque compulsus, imo nutu spontaneo atque deliberato amicorum fretus consilio, vendidi et obligavi ac ex parte largiis donavi[f] ob salutem animae meae ac hominum meorumque liberorum pro quatuor sexagenis latorum grossorum unam terram dictam Dubrowa[g], sitam prope flumen seu terram Kijana[h 1], cum omnibus attinentiis, usibus, fructibus atque utilitatibus ipsius mobilibus et immobilibus, campis, agris, rubetis, aquis, rivulis et eorundem decursibus, venerando ac religioso domino fratrique Joanni protunc vicario cum omnibus ipsius fratribus ac patribus ordinis Minorum ad ecclesiam S. Mariae Virginis Vilnae in Arena degentibus totique conventui aeternaliter habendam, tenendam et dirigendam atque cum omni iure haereditario possidendam, ut et egomet possedi, com(m)utandam, vendendam, necnon ad quaevis beneficia convertendam, ut ego converti. Ipsique praedicti fratres S. Francisci nullatenus nobis aut nostris liberis sepulturam ipsorum in basilica debebunt denegare de gratiis ac orationibus ipsorum nobis promissis. Actum et datum feria VI[ta] ante festum S. Elisabeth anno Domini MCCCCLXXI, in conventu nostro, hic annotatis famosis dominis civitatis Vilnensis domino Boguslao protunc advocato, domino Martino Weprzyk protunc magistro civium, domino Tlustyanko[i], domino Mycko[j] consulibus, eciam [k]pro animis ipsorum magistri civium, ac secretario Joanne Polono de Olechma[k], ceterisque personis fidedignis. In cuius rei testimonium ac robur firmius et perfectius praesentibus meum sigillum et appensum.

275.

Rzym, 19 listopada 1471.

Papież Sykstus IV szlachetnemu Janowi synowi Aleksandra Iwaszka, panu na Począpowie[1], *na jego prośbę daje przywilej spowiedniczy, a mianowicie pozwala wybrać sobie* ydoneum presbiterum secularem vel religiosum *na swego spowiednika z mocą rozgrzeszania także od rezerwatów papieskich jeden raz, a od innych w miarę potrzeby, przy dopełnieniu zwyczajnych warunków i innych szczegółowo wymienionych, dopokąd będzie zostawał w jedności wiary z Kościołem Rzymskim i w jego posłuszeństwie.*

Or. nieznany.

Kop. Archiwum Watykańskie, Armarium XXXII T. 21 (sygnatura przedwojenna) zawierający kopiarz rzymski Erazma Ciołka, k. 36'.

Wyd. Kopiarz rzymski Erazma Ciołka z pocz. w. XVI wyd. ks. dr Jan Fijałek w Archiwum Komisji Historycznej Serja 2. T. I str. 73—4.

---

274. [c] *poprawione przez tegoż z* debitorem [d] *poprawione przez tegoż na* Swyerpkewicz [e] *tamże ze znakiem skrócenia między* n *i* c [f] *tamże* pro *zamiast* ex *i* donarii [g] Dubowa *tamże* [h] *tamże poprawione z* Kijany [i] *tamże pierwotnie* Tlustyyanko *w przekładzie* Tlustyanko [j] *w kopji* Mych *ze znakiem skrócenia nad* h [k—k] *ustępu tego niema w przekładzie polskim a w kopji bałamutnie jest on wypisany i niedostatecznie poprawiony.*

274. [1] *Kiena rzeczka, dopływ Wilejki i ziemia nad nią na wsch. od Wilna.*

275. [1] *Począpów koło Pińska w diecezji wówczas wileńskiej, dzisiaj pińskiej.*

276.

Wilno, 5 lipca 1472.

Michał Doniuszowicz książę świrski z synem Bogdanem klasztorowi franciszkańskiemu w Wilnie daje w jałmużnie wieś swą Kościeniewicze z obowiązkiem modłów za duszę zmarłej żony swojej Zofji czyli Sonki, syna i córek przywiedzionych imiennie oraz wpisania ich po śmierci w księdze wypominków.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument z grubego pergaminu, w jednem miejscu na górnym marginesie z nieznacznem uszkodzeniem tekstu pierwszego wiersza nadgryziony przez myszy i wilgocią poplamiony, szer. 31 × 14·7 + 3·3 cm. — Inicjał dość ozdobny na wysokość tekstu. — Na pasku pergaminowym wisi pieczęć wyciśnięta w żółtym wosku, okrągła, średn. 23 mm.; wyobraża ona w polu pieczęci herb Lis, w otoku napis częściowo zatarty: + ПЄ........ ННЛОВ...... — *Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wewnętrznem bardzo wyblakłe:* Michael Donyvsowicz sub domino Dowoino... *(współczesny); 2) na złożeniu wierzchniem:* Decime quas debent solvere S. Marie *(inna ręka dopisała):* Inutilis *(w. XVI); 3)* Eleemosina Dni Michaelis Doniusiewicz super villam Koscieniowicze 1472. Non specificatur quanta *(w. XVII); 4) na złożeniu spodniem* N⁰ 17 *(przekreślone):* Legacio eleemosinae de villa Koszczyenowicze a Dno Michaele Doniusewicz duce Svirensi A⁰ Dni 1472. NB. Quantitas eleemosinae non exprimitur; *5) sygnatury: z w. XVI.* A. 83 *(przerobione z* 82*), inną współczesną ręką:* N⁰ 49ⁿᵒ, *pod tem dodane inną ręką:* Sub littera MM *(w. XVIII); z w. XIX jedno pod drugiem:* Od. 5 *(przerobione z* 4*),* Fas. 1. N⁰ 13 *(przerobione z* 14*).*

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, quod ego Michael Donyvszowycz | dux Swirensis [1] cum filio meo dilecto Bogdano ad honorem Dei Omnipotentis et Virginis Gloriose Marie, nostram | carorumque nostrorum tam vivorum quam defunctorum ob salutem, mera et spontanea voluntate ac matura deliberacione duximus | elemosinam dare de villa Koszczyenowycze [2] singulis annis temporibus eviternis Fratribus Minoribus in conventu Vilnensi commorantibus tam presentibus quam futuris, cupientes quod fratres predicti conventus debent exorare pro sanitate nostra ac defunctorum nostrorum, primo pro anima contorali(s)[a] mee nomine Zophia alias Sonka ac pro filio meo Gintholth ceterisque liberis et pro animabus filiarum mearum Anna, Helena, Vaszka; et nos in suis oracionibus habeant recommendatos, post obitum vero nostrum animas nostras in libris suis ascribant, et pro ipsis Altissimum iugiter exorant[b]. Si quis autem post decessum nostrum predicta[c] ausu temerario vel nefando violare presumserit, vel in aliquo preiudicium fecerit, compareat coram altissimo iudice de iniuria nobis illata responsurus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in conventu Vilnensi, anno Domini millesimo CCCC⁰LXXIJ⁰ die dominico infra octavas Visitacionis Sancte Marie necnon beatorum apostolorum Petri et Pauli.

276. [a] contorali *Or.* [b] *tak w Or.* [c] praedicte *Or.*

276. [1] *O »kniaziach« Świrskich ob. Semkowicz W., O litewskich rodach bojarskich i t. d. w Miesięczniku Her. T. VII (1914) str. 57 oraz Wolff J., Kniaziowie litewsko-ruscy str. 505.* [2] *Kościeniewicze, dziś miasteczko w pow. wilejskim, 22 km. na pn.-wsch. od Wilejki, przy drodze do Dołhinowa.*

277.

Kraków, 30 lipca 1472.

Marek (Barbus) kardynał, patrjarcha akwilejski i legat Stolicy apostolskiej udziela odpustu stu dni wszystkim wiernym, pokutującym i spowiadającym się, którzy nawiedzą kościół klasztoru NMP. w Starych Trokach w święta Narodzenia, Zwiastowania i Wniebowzięcia NMP., św. Piotra i Pawła apostołów i Poświęcenia tegoż kościoła, przyczyniając się jałmużną na potrzeby budynku i jego sprzętów.

***Or.** Bibljoteka OO. Benedyktynów w Lubiniu. Pergamin dobrze zachowany, 59·1 × 35·6, na zagięciach w paru miejscach przetarty, w samym środku na zagięciu dziurka. — Po pieczęci pozostały małe okrągłe otwory w pergaminie. — Zapiski kancelaryjne: 1) pod tekstem na lewo:* Regestratum pro scriptore sigillo et regestro in totum gross: XVI: L. episcopus Arben(sis); *2) na zakładce wewnątrz po prawej stronie:* A. de Farinis; *3) na zakładce zewnątrz z lewej strony:* M. cardinalis S. Marci etc.; *4) tamże z prawej:* C de Amelia; *5) na odwrociu:* S. Millon ....; *6) tamże:* Indulgentia.

***Uw.** Takiż sam odpust tegoż dnia nadał kardynał Marek kościołowi parafjalnemu św. Bartłomieja w Mogile (ob. Kodeks dypl. mogilski [Kraków 1867] str. 132 nr 144). O legacji kardynała Marka i przybyciu jego do Krakowa d. 4 lipca czytaj Długosza Hist. Pol. T. V (Kraków 1878) str. 570/1 i nast., a o jego powrocie do Rzymu ob. Raynaldi, Annales h. a. T. X nr 6 p. 551 (cyt. w Index actorum saec. XV str. 482 nr 4249). Odpis sporządzony łaskawie przez O. Józafata Ostrowskiego O. S. B. w Lubiniu.*

MARCVS miseratione divina tituli sancti Marci sacrosancte Romane Ecclesie presbyter cardinalis, patriarcha Aquilegiensis ac | apostolice Sedis legatus[1], universis et singulis christifidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat | claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium, tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis | adiuvatur. Cupientes igitur, ut monasterium Beate Marie in Starotrocensi Wilnensis diocesis christifidelibus congruis frequentetur honoribus, fidelesque ipsi eo libentius confluant ad illud, quo ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Annuntiationis, Assumptionis Beate Virginis Marie, sancti Petri apostoli, necnon Dedicationis ipsius ecclesie seu monasterii festivitatibus, ipsam ecclesiam seu monasterium a primis vesperis usque ad secundas inclusive devote visitaverint annuatim, et ad reparationem ac conservationem edifitiorum, calicum, librorum et aliorum ornamentorum, pro divino cultu inibi necessariorum manus porrexerint adiutrices: nos cardinalis patriarcha et legatus prefatus in singulis festivitatibus huiuscemodi quibus id fecerint, centum dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus presentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus

277. [1] *Marek Barbo nepot papieża Pawła II, kardynał prezbiter tytułu św. Marka, kreowany 18 lipca r. 1467, będąc naonczas biskupem Vicenzy, patrjarchą akwilejskim zamianowany 18 marca r. 1470, umarł jako kardynał-biskup Palestryny 11 marca r. 1491 (Eubel, Hierarchia Catholica T. II² str. 15, 93, 248 i 267).*

appensione communiri. Datum Cracouie, anno a Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo tertio kalendas augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti anno primo.

278.

Świr, 1 sierpnia 1472.

Sienko Romanowicz wraz z żoną swą Bogdaną ołtarzowi ufundowanemu przez siebie w kościele w Świrze ku czci Nawiedzenia P. M., św. Bartłomieja ap. i św. Leonarda wyzn. i jego rektorowi nadaje: dwór w Jodupie z sześciu służebnymi, z końmi i wołami oraz wieśniakami imiennie przywiedzionymi wraz z ich daniami; dziesięcinę wszelkiego zboża i ogrodowizny z Wołczyna i Sporów a ze Świra tylko ogrodowizny, nadto z powyższych dworów i ze Świra bydlęcą; zobowiązuje rektora tegoż ołtarza do odprawiania przez siebie lub przez innego dwóch mszy co niedziela, jedną na odpuszczenie grzechów, drugą za zmarłych, zastrzegając sobie i swoim następcom prawo patronatu tegoż ołtarza.

Or. brak.

Kop. 1. Tyszk. k. 11'—12 nr 13. — 2. Lib. VI k. 315'—316 nr 225 z zapiskiem: Descriptum. — *3. Czart. k. 34'—35. — 4. Lib. Magn. k. 26'—27.*

Reg. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 205 z zaznaczeniem (widocznie na podstawie późniejszych wizyt), że kościół założony został w r. 1452.

Uw. Za podstawę tekstu wzięto Kop. 1. Dokument nie wydaje się zupełnie wolnym od podejrzenia o interpolację w bogatem uposażeniu altarji.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum salutaris doctrina beati apostoli nobis commemorat, quod omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi pro meritis, prout in corpore sive bonum sive malum gessimus, oportet igitur nos diem venturi sive extremi[a] iudicii misericordie operibus prevenire ac spe premiorum eternorum in terris seminare, quod[b] prestante Domino cum fructu centuplo[c] in celis colligemus[d]. Proinde ego illustris Syenko[e] Romanowicz[1] cum Bogdana coniuge sua significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis, presentibus et futuris: quod[f] cupientes horam mortis operibus pietatis prevenire et terrena in celestia, transitoria[g] in eterna felici com(m)ercio permutare, nostrisque et nostrorum predecessorum ac[h] successorum animarum saluti[i] ac in remedium nostrorum[j] peccaminum[j] construximus et fundare ordinavimus altare in ecclesia nostra Swyr[k 2] ad laudem et honorem Beatissime Virginis Marie Visitacionisque eius, sanctorumque beati Bartholomei apostoli necnon Leonardi confessoris dotamus(que) redditibus infrascriptis. Damus igitur[l], incorporamus, appropriamus[m], conferimus et donacione perpetua ac irrevocabili temporibus per-

278. [a] extremique *inne Kop.* [b] *Lib. VI pierwotnie* quo [c] *w innych Kop. brak* [d] *tak Tyszk., inne Kop.* colligimus [e] Szienko *inne Kop.* [f] quomodo *inne Kop.* [g] transitoriaque *inne Kop.* [h] et *inne Kop.* [i] salute *inne Kop.* [j] *opuszczone w Czart.* [k] Swir *inne Kop.* [l] *opuszcza Tyszk.* [m] appropriamus, incorporamus *Czart. i Lib. M.*

278. [1] *Sienko syn Romana Świrskiego (ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Mies. Herald. T. VII [1914] str. 57; nie zna go Wolff J., Kniaziowie litewsko-ruscy str. 505).* [2] *Świr ob. objaśnienie na str. 202 przyp. 1.*

petuis et affuturis ascribimus eidem[n] altari et eiusdem rectori pro tempore existenti et aliis qui impost fuerint: primo curiam Jodvp[o] [3] cum omnibus ad ipsam pertinentibus longe, late et circumferencialiter ut soli tenuimus, cum sex personis familiaribus, duobus paribus boum, duobus equis necnon villanis, videlicet Paulo Andronowicz, Mylosch[p] Domaschewicz, Fethko Choczylowicz[q], Michalo Syropyathowicz[r] cum tribus filiis, quarto privigno, et ipsi daciam mellis talenta quinque et mardures dant prout moris est; eciam[s] terram in qua Zacharias sedet, Marcum Crepynyewicz[t] cum tota familia sua. Ceterum ut rector eiusdem altaris nostris munificenciis suf(f)ultus divino cultui operosius valeat inherere, eidem[u] decimas omnis grani[v] hyemalis et (de) annonis et de ortis hoc est de Wolczyna[4] et de[w] Spory, de Swyr[5] tantum de ortis post agriculturas annis singulis provenien(tes), quas decimas nostris hominibus conducere, componere, triturare et reducere tenebimur; eciam de suprascriptis[x] curiis[1] et Swir de omnibus primogenitis pecoribus[y] et peccudibus magnis et parvis cuiuslibet generis, talentum butiri, caseus decimus, stamen tele, septuaginta wlnas in se continens, porcum saturatum, easdem decimas damus, appropriamus, incorporamus et ascribimus temporibus perpetuis valituris. Sed quia beneficium datur propter officium, ideo volumus, ut idem rector dicti[1] altaris pro tempore existens et alii qui impost fuerint in recompensam necessitudinis[z] salutaris super eodem altari per se vel per alium duas missas singulis diebus dominicis, unam pro peccatis, aliam[aa] pro defunctis sub consciencia sua legere tenebuntur temporibus perpetuis pro nobis et nostrorum[bb] progenitorum salute, clemenciam Omnipotentis Dei exorabunt. Eciam ad dictum altare duos cereos in quolibet mense successores nostri reponere tenentur sub damnacione eviterna[cc]; cuius altaris iurispatronatus ad nos, nostrosque successores legitimos dinoscere spectabitur. Ut igitur dictum altare vel nostra premissa donacio eiusdem altaris perpetue firmitatis robur obtineat, coram [dd]testibus ad hoc rogatis et vocatis illustribus, generosis, nobilibus et discretis Jacobo Budwidocz, Michaele Kricowicz, Jacko Wiesztortowicz, Bogdan Bitolwicz, Jacobo plebano Lyntupiensi[ee], Thoma altarista, Stanislao presbytero domini Pietko et Stanislao lectore in Troki, necnon coram pluribus fidedignis solertibus et laboriosis. In cuius rei sigillum nostrum presentibus est appensum fidem et testimonium premissorum[dd]. Datum in Swyr, ipso die Ad vincula S. Petri anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

279.

Troki, 1 marca 1473.

Król Kazimierz (Jagiellończyk) kościołowi patronatu swego w Dorsuniszkach, ufundowanemu pod wezwaniem Wniebowzięcia NMP., św. Andrzeja i św.

---

278. [n] eodem *Lib. VI; Lib. M. poprawia* eodem *na* eidem   [o] Jodup *inne Kop.*   [p] *Lib. VI* Michno *wpisane drugą ręką w miejsce wyrazu wytartego M....;* Milosz *Czart.; Lib. M. poprawia* Milusz *na* Miluszo   [q] Fiedko Chocilowicz *inne Kop.*   [r] Michaylo Siropiatowicz *inne Kop.*   [s] Item *inne Kop*   [t] Krepinowicz *inne Kop.*   [u] etiam *Czart.*   [v] *Tyszk. błędnie* grano   [w] *inne Kop. opuszczają*   [x] suprafatis *inne Kop.*   [y] peccuris *Tyszk.*   [z] vicissitudinis *Tyszk.*   [aa] alteram *Czart. i Lib. M.; inne Kop. dodają jeszcze* vero   [bb] nostrum *Tyszk.*   [cc] *inne Kop.* sub damnatione aeviterna reponere tenentur   [dd–dd] *Tyszk. opuszcza cały ten ustęp i zamiast tego ma:* presentibus litteris sigillum nostrum in fidem et testimonium est appensum   [ee] Łyntupiensi *Czart. i Lib. M.*

278. [3] *Zapewne Jodowce (ob. objaśnienie wyżej na str. 275 przyp. 9).*   [4] *Wołczyn czyli Sermierz w powiecie święciańskim w pobliżu zachodniego brzegu jeziora Narocz.*   [5] *Spory, wieś nad jeziorem tej nazwy w pow. święciańskim, na pn. od jeziora Narocz.*

Elżbiety, istniejącemu zaś długo bez przywileju i dostatecznego uposażenia, nadaje: pięciu wieśniaków przywiedzionych imiennie i przynależnych do zamku trockiego; dziesięcinę zbożową i ogrodową z dwóch swoich dworów, Dorsuniszek i Ejginiszek; dwie miary miodu z zamku trockiego z kamieniem wosku; ziemię na uprawę roli.

Or. brak; był jeszcze w r. 1906 w Bibljotece Publicznej w Wilnie (ob. niżej Wyd.).

Kop. 1. Tyszk. k. 22 nr 21. — 2. Lib. VI k. 279'—280 nr 192 z zapiskiem: Descriptum. — *3. Czart. k. 35. — 4. Lib. Magn. 27—27'. — 5. Wizyta biskupa Brzostowskiego (Muz. XX. Czartoryskich rkps nr 5718/19) k. 425—433.*

Wyd. Opisanije ruk. otd. Wil. Publ. Bibl. Wyp. V. Priłoženija str. 3 nr 1 (według Or. pergaminowego, ob. tamże str. 1 nr 502). Wydanie to z błędami nie daje rękojmi ścisłości, a przytem okazuje brak znajomości łaciny.

Reg. 1. Dzieje dobroczynności krajowey i zagraniczney R. 1 (Wilno 1820) str. 421 (na podstawie nieznanego już dziś summarjusza z r. 1797). — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 190. — 3. Ks. Fijałek J., Dorsuniszki (w Kwartalniku Hist. R. XLIV [1930] z. 3 str. 339—40, gdzie dokładne streszczenie według Czart.).

Uw. Za podstawę tekstu wzięto tu Kop. 1. z uwzględnieniem Wyd. dokonanego z oryginału. — Powiększenie tego nadania przez Aleksandra Jagiellończyka ob. niżej pod 4 grudnia 1492.

In nomine Domini amen. Presentis evi humana opera, que futurorum respicere videantur cognicionem[a], a memoria hominum cito labuntur, nisi annotacione literarum et fidedignorum testimonio roborentur. Proinde nos Casimirus[b] Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithvanie[c], Russie Prussieque[d] dominus et heres, attendentes ec(c)lesiam in Dorsunyski[e 1] iurispatronatus nostri ad honorem Omnipotentis Dei eiusque sacratissime matris Marie Virginis Intemerate Assumpcionis, sancti Andree apostoli gloriosi et S. Elizabeth[f] fundatam, diu absque privilegio ipsius fore defectuosamque signanter in hominibus, qui plebano ec(c)lesie eiusdem[g] servire debeant, zelo devocionis ex desiderio fervoris, quem in ipsam Virginem Mariam habemus ac ipsorum patronorum, ut divina eo melius laus in ea possit continuari[h], homines quinque villanos, primus Mokvs cum fratre Bornuszis indivisis dictis Buywe, secundus Pythkus, tercius Beynaros in Cruti, quartus Dopkus Pawylanos in Prothkoni, quintus Dyrmeyko Czywochanys in Thryczokyemy[i] cum successoribus ipsorum et terris, daklis[j 2] tam siliginis quam avene[k] ceterisque contribucionibus, quas pro castro nostro in Throky[l] dabant, universis laboribus, serviciis, prout ex antiquo laborabant et serviebant, nichil[m] iuris et proprietatis pro castro prefato et nobis reservan(tes)[n] donavimus, dedimus, largiti sumus donamusque, lar-

279. [a] *tak Tyszk.*, cognitiones *inne Kop.*, cognitioni *Wyd.* [b] Cazimirus *Lib. VI* [c] Lithvaniae *Czart. i Lib. M.*, Lituaniae *Lib. VI* [d] Prussiae Masoviaeque *Czart.* [e] *tak Tyszk.*, Dorszuniszki *inne Kop.*, Dorschunysky *Wyd.* [f] Elisabeth *Czart. i Lib. VI* [g] eiusdem ecclesiae *Czart. i Lib. M.* [h] continuare *Wyd.* [i] Motus, Bernuszis, Buiwe Pictus, Beinaros, Kruti, Dobkus, Ianwilanis, Prothkoni, Dirmeyko, Riwoszanis in Triczokiemy *Lib. VI*, Motus, Bernussis, Buiwe Pictus, Bieinaros, Kruti, Dobkus, Janwilanis in Prothkoni, Dyrmeyko Riwoszanis in Triczokiemy *Czart. i Lib. M.*, Mokus, Bernuszirz, Buyne, Pictus, Beinarosz in Cruti, Dobkus Jauwilanysz in Prothkun, Dirmeyko Eywoschanysz in Trizokyemy *Wyd.* [j] daklisz *Wyd.* [k] siliginis et avene *Tyszk.* [l] Troki *inne Kop.*, Troky *Wyd.* [m] nil *Lib. M.* [n] reservando *Wyd.*

279. [1] *Dorsuniszki, dziś miasteczko w Trockiem na prawym brzegu Niemna na zachód od Trok (Słown. Geogr. T. II str. 131).* [2] *T. j. działo.*

gimur, damus et inscribimus per presentes plebano[o], tam qui pro tempore est quam[p] successoribus ipsius legittime intrantibus, decimas de duabus curiis nostris Dorsvnyszki et Eydgynyszky[q 3] de omni grano tam agrorum quam ortorum, exceptis avena et lino; duas tunnas[r] mensuratas alias wschathky[s] ex castro Throcensi[t] exponendas[u] cum lapide de cera, terram Butysky[v] dictam pro agricultura totam perpetuo et in ewm. In cuius rei testimonium sigillum magni ducatus nostri[w] Lithvanie[x] presentibus est[y] subappensum. Actum et datum in Throky, feria secunda Carnisprivii anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. Presentibus reverendo[z] in Christo patre domino Johanne Dei gracia episcopo Vylnensi, necnon magnificis dominis[y] Michaele palatino Vylnensi et cancellario, Johanne capitaneo Samogithiensi[aa] Kyesgalovicz[bb], aliisque multis circa premissa.

280.

Wilno, 1 kwietnia 1473.

Antoni Bonumbra biskup Accia, wysłannik papieski z mocą legata a latere do Moskwy, miasta Kaffy i Pomorza (morza Czarnego), nadaje odpust trzech lat i tyluż kwadragen wszystkim wiernym pokutującym i wyspowiadanym, za nawiedzenie kościoła św. Mikołaja w mieście Wilnie w uroczystości św. Mikołaja (6. XII), Przeniesienia tegoż (9. V). Św. Krzyża Znalezienia (3. V) i Podwyższenia (14. IX) oraz Wszystkich Świętych (1. XI), i przyczynienie się jałmużną do zachowania, budowy i sprzętów w nim liturgicznych.

M. A. *Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy 35·5 × 19 + 4 cm., nieco poplamiony i na zagięciach w kilku miejscach wyżarty, pismo piękne, wyrobione, jedynie na złożeniach trochę zatarte; pierwszy wyraz dużą kapitałą wypisany, nazwa kościoła podkreślona i zaznaczona* N.B. — *Po pieczęci pozostał tylko cienki sznurek konopny. — Na grzbiecie zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem z pierwotnego zapisku pozostał tylko wyraz* Nicolai, *poniżej z w. XV:* Indulgencia pro ecclesia sancti Nicolai...; *2) na złożeniu wewnętrznem zapisek z w. XVII:* In anno 1655 lat temu oryginałowi 212 *(sic), niżej inną ręką:* 204; *3) na złożeniu wierzchniem:* Ecclesiae S. Nicolai indulgentiae ... non valent, quia dicit manus adiutrices porrigentibus (*w. XVII); 4) na złożeniu dzisiaj spodniem z w. XVIII:* 1473 die 1 mensis aprilis, *(inną ręką):* Pro ecclesia S. Nicolai indulgentiae in festo Inventionis et Exaltationis S. Crucis ac OO. SS.; *5) sygnatury: a) na złożeniu wierzchniem z w. XVI:* D. 14.; *b) na kartce przymocowanej szpilką do pergaminu:* fas. 1, 14.

ANTONIUS Bonumbra Dei et apostolice sedis gracia Acciensis episcopus[1], sanctissimi domini nostri pape eiusdemque sancte Sedis in regno seu dominio Russie | ac in civitate

279. [o] praesentes (*bez* plebano) *Tyszk.* [p] *inne Kop. zam.* quam *mają* et [q] Dorszuniszki et Eydginiszki *inne Kop.*, Dorschunysky et Eydgynysky *Wyd.* [r] terras *Lib. VI i Lib. M.*, tenas *Czart.*, truas *Wyd.* [s] uszadki *inne Kop.* [t] Trocensi *inne Kop.* [u] mel is *dod. Tyszk.* [v] Butiszki *inne Kop.*, Svthyszky *Tyszk.* [w] *brak w innych Kop.* [x] Lituaniae *Lib. VI*, Littuaniae *Czart.* [y] *brak w Tyszk.* [z] reverendissimo *Czart., Lib. M. i Wyd.* [aa] Samogitensi *Lib. VI i Wyd.*, Samogitiensi *Czart. i Lib. M.* [bb] Kiezgałowiczy *inne Kop.*, Kyenzgalinowi *Wyd.*

279. [3] *Ejginiszki, wieś pod Żyżmorami, ok. 20 km. na wsch. od Dorsuniszek.*

280. [1] *Antoni Bonumbra Sabaudczyk, mnich augustjański, prekonizowany na biskupa w Accia (4 maja 1467) na Korsyce, należącej podówczas do Rzpltej Genueńskiej (i do me-*

Caphensi et Pomeranie provinciis earumque civitatibus, diocesibus et districtibus nuncius et orator cum potestate legati de latere, universis et sin|gulis presentes nostras litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam et divini cultus in animarum salutem desiderare. Splendor paterne glorie, qui sua mundum in|effabili claritate illuminat universum christifidelium in Dei misericordia sperancium, supplicium preces excedit et vota, ut per spiritualia bona que agimus Beate Marie Virginis et Omnium Sanctorum suffragiis et meritis in die iudicii cum omnibus sanctis et electis Dei gloriam percipere mereamur in celis. Cupientes igitur, ut ecclesia sancti Nicolai in civitate Wilnensi posita congruis honoribus frequentetur[a], fidelesque ipsi eo libencius devocionis causa confluant ad eandem, quo divini muneris noverint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac[b] beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi, omnibus et singulis christifidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui in sancti Nicolai, Translacionis eiusdem, Invencionis sancte Crucis et Exaltacionis ac Omnium Sanctorum festivitatibus ipsam ecclesiam devote visitaverint, necnon pro conservacione et manutencione struct(ur)arum, calicum, librorum et aliorum ornamentorum divino cultui inibi necessariorum porrexerint manus adiutrices, pro singulis diebus festivitatum huiusmodi annuatim tres[c] annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitenciis in forma Ecclesie consueta duntaxat auctoritate sanctissimi domini nostri pape, cuius legacionis de latere gerimus officium, tam scriptis quam vive vocis oraculo misericorditer in Domino relaxamus presentibus his nostris, perpetuis temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem has nostras per cancellarium nostrum infrascriptum fieri, nostrique pontificalis sigilli inappensione[d] muniri fecimus et mandavimus. Datum Wilne in domo egregii viri Boguslai advocati, civis Vilnensis, ubi nostram facimus residenciam, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, die vero prima aprilis, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno secundo.

Niżej na zakładce inną współczesną ręką podpisy własnoręczne:

Ita est ydem episcopus et legatus manu propria; — *z prawej strony:* N. Gupadatinus subscripsi.

281.

Wilno, 19 lipca 1473.

Aleksander syn Jerzego Siemionowicza ks. Holszański, wybierając się w służbie królewskiej i ziemskiej z rozkazu króla i panów radnych do Polski, kościołowi katedralnemu św. Stanisława w Wilnie, w którym grób dla siebie obrał, w razie swojego powrotu nadaje swoją część posiadłości w Świranach; na wypadek, gdyby bracia jego i bliżsi krewni chcieli ją wykupić, mają biskupowi lub jego następcom zapłacić 200 kóp szerokich groszy, które przeznacza na

---

tropolji genueńskiej) a przez papieża Sykstusa IV wysłany w misji nadzwyczajnej z Rzymu do Moskwy jako towarzyszący cesarzównie Zoe (Paleolożance), którą poślubił Iwan III. Wyjechał z Moskwy 26 stycznia 1473, udając się z powrotem przez Litwę i Polskę. Zmarł przed 14 lutego 1480 (Eubel, Hierarchia catholica II² str. 78, oraz Pierling P., La Russie et le Saint Siège T. I str. 155—9 i 169—75).

280. [a] frequententur *w tekście* [b] At *w tekście* [c] *ten wyraz na zagięciu zatarty* [d] *w tekście* in *oddzielone od rzeczownika*

czynienie pamięci za swoją duszę. Na wypadek zaś śmierci, za wzięte u Olechny Sudymuntowicza wojewody połockiego trzy konie i kropierz na tę wyprawę, zastawia mu Duniłowiczów danników i Dalkowiczów z wszelkiemi ich opłatami i dochodami, przypadłych sobie w dziale z braćmi, prosząc o obrócenie nadwyżki wartości majątku na rzecz pamięci za swą duszę.

Or. (niewątpliwie ruskiego) brak.

Przekł. polski w Lib. I k. LXXXVIII'—LXXXIX' z nagłówkiem: Resignacio bonorum episcopo *(po przekreśleniu tego wyrazu druga współczesna ręka dopisała na marginesie:* Deo et sancto Stanislao) ecclesie Vilnensis, per quendam nobilem Allexandrum filium Georgy Syemyonowycz. *Przy końcu aktu na marginesie daty ołówkiem nowszą ręką:* 1460 *i* 1473 *ze znakami zapytania. Data po rusku, począwszy od setek literami i słowami.*

W ymyą Boze amen. Ja Allexander xyądza Jurgia syn Syemyonowycza Holszansky [1], bądącz sdrow na swoyey mysly, na swoym czyelye, nyeprzypądzony ale s dobrego mego rosmyslenya czynya sywyadomo wszystkym pospolyscze y kasdemv z osobna nynyeyszym y pothym bądączym, ysz dla sbawyąnya y pamyączy duszy moyey, yesly Bog czo na myą przepusczy na drodze sluszbi krolewskyey y zyemskyey, ktorą nynye s przykazanya krola yego mylosczy y panow radnych czynyą do Lachow, iakoszmy krol yego myloscz y s ynszą braczyą moyą przykazal, polecząm y dawam Bogu y swentemv Stanislavu kossczyola wylenskyego cząscz ymyąnya moyego w Swyranyech [2], dzelnyczą oyczysny moyey, w ktorym kosczyele v swyentego Stanislawa pogrzeb wybralem [3], yesly my szya w dalekych zyąmyach smyercz nye przygodzy, s ktorychze nye moze byczy czyalo moye przyprowadzono. A tego ymyąnv pyrwey wypyssane xyądz Jan z Bozey lasky byskup vilensky nynyeysszy y yego namyesnyk pothym badacz maya bycz opyekuny y dzerszawcze y moyey dusze wyeczną pamyącz dzalacz. Yesly braczya my y blyszny moy chczyelyby tho ymyąnye othkupycz, tedy mayv othlozycz xyądzv Janv nynyeyszemv byskupu y pothym bądzym namyesnykom yego dwyesczye szyrokych grosszy a s tych grosszy mayą czynycz wyecuystą pamyątka za moyą duszą pod thą wymowa, yaco nawyrzchv wypyssano. Yesly Bog na myą smyercz przepusczy na they drodze, a daley pod thymze sywyadomym iawno czynyą y wysnawam, ysz v pana [a] Olechna Sudzymuntowycza [4] woyewody poloczkyego, oycza y dobrodzeya moyego, wsyalem trzy konye, dwa po stv slothych a trzeczyego za czterdzesczy slothych y sto kop szyrokych grosszy y kroper w oszmydzeszyąth slothych na wyprawą tej drogy, a w thym wszystkym yego mylosczy panv Olechnv Sudzymuntowyczv oyczv y dobrodzeyv moyemv zastawyąm Dunylowyczy [5] dannyky se wszystką danyą myodową y ze wszystkymy platy y Dalkowyczy [6] ze wszystkymy dochody y ze wszystkym prawem, tak yakom sąm myal s dzalv s braczyą oyczysny moyey, pod thą wymową, ysz Bog na myą na they drodze smyercz

281. [a] pano *w tekście*

281. [1] *Kniaź Aleksander Jurjewicz Holszański późniejszy krajczy litewski, namiestnik grodzieński, podczaszy litewski, wreszcie kasztelan wileński, ożeniony z Zofją córką Olechny Sudymuntowicza z Chożowa, zmarł około r. 1500 (Wolff, Kniaziowie lit.-ruscy str. 101).* [2] *Świrany ob. objaśnienie wyżej na str. 274 przyp. 4.* [3] *Można w tem upatrywać wskazówkę, że w Holszanach nie było wówczas jeszcze kościoła.* [4] *Ob. o nim wyżej str. 214 przyp. 1.* [5] *Duniłowicze, dziś miasteczko w pow. wileńskim przy trakcie z Wilna do Połocka (Słown. Geogr. T. II str. 226).* [6] *Dalkowicze, wieś w Borysowskiem nad rz. Cną, między Wilejką a Borysowem.*

przepuszczy. A bądzely[b] tho ymyanye wysze y kostownieysze nad ten dlug pana Olechnow, yakosz dobrze wym, ysz yest wyszey. alye go nynye szaczowacz nye vmyem, tedy pąn Olechno, w ktorym yako w oyczv y dobrodzeyv nadzeyą mam, ysz sbytkow tego ymyąnya, ktore sostaną na dlugy moye, ma pamyątką czynycz za moyą duszą, asz na myą Bog smyercz przepuszczy. A bądąly braczya moy odkupycz to ymyąnye, tedy pąn Olechno oszaczowacz y pobracz pyąnyądze od nych wszystky pospolyczye, s ktorych pyąnyądzy swoy dlug odyąwszy, sa ostatek ma pamyątką czynycz dussze moyey; a ynszy zadny, bom szyą yego mylosczy w tey rzeczy sam swoye duszą polyeczam yako xyądzv byskupv w drugey rzeczy na wyrzchu pyssaney. A na thych wszystkych rzeczach dla lepszego swyadomya y poczwyerdzenya pyeczacz moya temv lystv yest zawyesszona. A przythym byly xyądz Jan s Bozey mylosczy byskup vilensky a pan Mychal Kyeszgalowycz woyewoda vylenski, canczlerz zyemsky Xyastwa Wyelkyego Lytewskyego, a pan Iwan Choczkyewycz marszalek krola yego mylosczy, a pan Ivaszko Allexandrowycz podskarbi, a xyądz Jan canonyk y oficial cosczyola vylenskyego. Pyssan y dan Vylnye, w ponyedzałek przed szwyentą Marią Magdalena latka Bozego tyssyancz д҃- ми стъ о҃ трєтємъ *(1473)*.

282.

(Połonka), 1473.

Mikołaj czyli Myszko Ostrouchewicz zapisuje kościołowi św. Piotra w Połonce dziesięcinę wszelkiego zboża ze swojej posiadłości.

Zapisek o tem nadaniu wpisany jest na wielkim dokumencie kościoła w Połonce z r. 1502 w środkowej części tekstu drobnem pismem ręką z początku w. XVI.

Kop. 1. Lib. VI, k. 308. — 2. Czart. k. 50'. — 3. Lib. Magn. k. 42.

Uw. Pierwsze uposażenie kościoła w Połonce z 3 listopada 1437 ob. wyżej str. 170 Nr 152.

Sub anno Domini millesimo CCCC°Λ°3[a]. Ego quidem Nicolaus alias Myszko Ostrouchevycz[b] legavi et inscripsi decimam de hereditate mea perpetualiter de omni grano ad e(c)clesiam S. Petri ad Poloncą domino Petro et eius successoribus coram testibus: coram Malina et Mitrosz[c] et Szlysz[d] etc.

283.

(Połonka), 1473.

Mikołaj Nartołtowicz zapisuje kościołowi św. Piotra w Połonce i jego kuratowi Piotrowi dziesięcinę wszelkiego zboża ze swej posiadłości.

Zapisek o tem nadaniu wpisany jest na wielkim dokumencie pergaminowym kościoła w Połonce z r. 1502.

Kop. 1. Lib. VI k. 306. — 2. Czart. k. 49. — 3. Lib. Magn. k. 40.

---

281. [b] *możnaby czytać i* badzely

282. [a] *Lib. VI poprawia inną ręką (nie przez korektora) z pierwotnego* septuagesimo *na* quinquagesimo, *Czart. i Lib. Magn. wypisują słowami* quinquagesimo [b] Myszko Ostrouchowicz *Lib. VI* [c] *można czytać i* Mitrasz; Mytrosz *Lib. VI* [d] aliis *Lib. VI*

In nomine Domini amen. Sub anno Domini millesimo CCCC°Λ°3. Ego quidem nobilis Nicolaus Nartholthovycz[a] ob salutem anime mee ac successorum meorum legavi et inscripsi decimam de hereditate mea de omni grano ad e(c)clesiam S. Petri domino Petro curato protunc existenti et eius successoribus perpetualiter dare, solvere coram testibus, coram Petro Chothko Zyborthovycz et coram Malyna et Mythrosz et coram Holechno Rymszycz[b] et eodem domino Petro curato protunc existenti, et aliis multis quam pluribus testibus.

284.

(Podejrzany).

Gieranony, 15 czerwca 1474.

Marcin Gasztołtowicz dziedzic Gieranon, starosta (wojewoda) kijowski wystawia karczmę we wsi swej Dziewieniszkach i nadaje ją wraz z placem przy moście rzeki Gawji Albertowi rektorowi kościoła parafjalnego tamże i jego następcom, z obowiązkiem odprawiania co tydzień trzech mszy z wiljami za duszę matki i swoich następców.

***Or.** brak.*

***Kop.** Tyszk. k. 56 nr 49.*

***Uw.** Akt w niniejszym przekazie trudno uznać za rzetelny z powodu niezdarnej redakcji a następnie sprzeczności w treści; jest w nim mowa, że ofiarodawca »eryguje« karczmę na rzecz Alberta rektora kościoła parafjalnego, a następnie powiada, że ją matka jego dała* »realiter et cum efectu« *temuż rektorowi. Datacja dokumentu ma tę samą formułę (zresztą nieprawidłową), co akt również podejrzany tegoż Marcina Gasztołda z 16 czerwca r. 1471 (ob. wyżej Nr 272). — Treścią aktu niniejszego jest nadanie karczmy na rzecz rektora, a zatem wzmocnienie jego uposażenia a nie »fundacja kościoła«, »ze znacznem nadaniem gruntów księdza«, jak podają ks. W. Przyałgowski w Żywotach bisk. wil. T. I str. 64 i ks. J. Kurczewski w Biskupstwie Wil. str. 199. Nie bardzo zrozumiały jest również obowiązek odprawiania raz na tydzień trzech mszy z trzema wiljami.*

In nomine Domini amen. Sub anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto nos Martinus Gasztholthowicz heres in Geranony[1], capitaneus Kyowiensis ad perpetuam rei memoriam significamus quibus expedit universis, presencium noticiam habituris: quod sincere devocionis zelo accensi diem extremum iudicii operibus misericordie prevenire et indubitate salutis perpetue nobis compendia procurare, immarcescibiles namque[a] tesauros celestes fiducialiter reponimus, quecunque sacrarum edium et

283. [a] Nartholtowicz *Lib. VI i Lib. M.* [b] Chotko Zyborthowicz, Malina, Mitros, Rymszyc *Lib. VI.*

284. [a] nanque *w tekście*

284. [1] *Ob. o nim objaśnienie wyżej na str. 318 przyp. 1. Siostra jego Aleksandra, bernardynka wileńska* »religiosa Alexandra Gastholthowa, virgo de tertia regula ord. Fratrum Minorum Vylnensis monasterii« *27 grudnia 1487 wspomniana jest w akcie kanclerza kor. Krzesława z Kurozwęk (Matricularum R. P. Summaria ed. T. Wierzbowski T. II [Warszawa 1907] str. 108 nr 101). Była wielką dobrodziejką klasztorów bernardyńskich przez brata założonych na Litwie a także w Polsce, a następnie sama wstąpiła do trzeciego zakonu, o czem donosi kronika Jana z Komorowa (Mon. Pol. Hist. T. V str. 225). Boniecki zna tylko jedną siostrę Marcina Marję, żonę kniazia Semena Olelkowicza (Poczet szlachty WXL. str. 57).*

augmento cultus divini liberaliter errogamus. Quapropter tabernam in Dzevyenysszky[2] villa nostra erigimus et ereximus eandemque tabernam dedimus et per presentes damus et assignamus, ita quod nulla alia nostra taberna neque composiciones alique debent esse in dicta villa nostra Dzevyenyschky et in toto districtu eiusdem dominii ville predicte, honorabili domino Alberto rectori ecclesie parochialis inibidem et eius successoribus una cum loco seu area penes pontem fluvii Gowya[3], et hoc respectu fori, quod agitur feria quinta in dicta Dzewyenyschky una cum processione Corporis Christi cuiuslibet mensis; quam quidem tabernam mater nostra felicis recordacionis predicto Alberto assignavit et dedit realiter et cum effectu. Qui quidem Albertus et eius successores singulis annis tenebuntur complere semel in hebdomada tres missas cum tribus vigiliis pro salute matris nostre et nostrorum successorum temporibus perpetuis duraturis. Datum in Geranony nostra curia, die sancti Viti, presentibus ibidem existentibus Stanislao Czech et Michaele Anima capellanis curie nostre et Joanne Merla, et ceteris quam plurimis, nostro sub sigillo.

285.

(Oszmiana), 9 sierpnia 1474.

Stanisław Daukszewicz dziedzic z powiatu oszmiańskiego Janowi biskupowi wileńskiemu sprzedaje ludzi zwanych Magunczy *koło rzeki Łosi, mianowicie Lelusza i jego dwóch synów wraz z ich ziemiami i dochodami, za trzydzieści pięć kóp groszy praskich.*

Or. brak.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CXXIII—CXXIII' z nagłówkiem: Empcio hominum Magunczy circa fluvium Lossa per Johannem episcopum Vilnensem. — *2. Lib. II str. 324—5 z nagłówkiem:* Venditio Stanislai Dauxewic certorum subditorum circa flumen Lossa Joanni episcopo Vilnensi *oraz* Lectum Correctum *(odpis naogół poprawniejszy niż starszy odpis w Kop. 1., acz zmodernizowany). — 3. Czart. k. XII'—XIII z nagłówkiem takim samym jak w Kop. 2. — 4. Lib. Magn. k. VII'—VIII (z nagłówkiem j. w.).*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 59 (z domniemaniem, iż sprzedał tych ludzi biskupowi, potrzebując pieniędzy na wojnę pruską).

In nomine Domini amen. Cum inter humane nature commoda nihil dignum memoria habeatur, oportunum existit[a], ut actus hominum, ne lapsu temporum evanescant, munimine scripturarum et testium fidedignorum perhennitate roborentur. Proinde ego Stanislaus Dauxewycz[b 1] heres de districtu Oschmanensi[c] universis et singulis, tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, audituris et visuris notum facio per presentes: quia ego non compulsus, non coactus[d] nec aliqua fraude seductus, sed sano ac deliberato animo suorumque charorum amicorum[e] salubri usus consilio, homines dictos Magunczy[2] circa flumen dictum Lossza[f 3], videlicet Lelussz[g] cum duobus filiis Ioanne et Trabus cum omni iure dominii, prout solus tenui et possedi, cum agris, pratis,

---

284. [2] *Dziewieniszki, ob. objaśnienie wyżej na str. 318 przyp. 2.* [3] *Gawja, rzeka, nad którą leżą Dziewieniszki, prawobrzeżny dopływ Niemna.*

285. [a] oportunius existat *Lib. I* [b] Dauxewicz *Lib. II* [c] Oszmianensi *Czart.* [d] non coactus, nec compulsus *Lib. II* [e] amicorum carorum *Czart.* [f] Losza *Lib. II i Czart.* [g] Neylus *Lib. II i Czart.*

285. [1] *Stanisław Daukszewicz (ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Roczniku Herald. T. VII [1924/5] str. 217).* [2] *Maguńcze, osada dziś nieistniejąca nad rzeką Łoszą poboczną Oszmianki, w pow. oszmiańskim.* [3] *Ob. przypis poprzedni.*

silvis, rubetis, borris, aquarum decursibus et earum piscaturis, venacionibus castorum et venacionibus ferarum, serviciis, tributis, donacionibus, equitacionibus, mellificiis cum plena et tota[h] auctoritate et donacione vendidi[i] eviterne reverendissimo in Christo[j] patri ac domino domino Joanni Dei gracia episcopo Vilnensi suprafatos homines in suprafato loco sitos, pro triginta et quinque sexagenis latorum grossorum Pragensis monete, in quamlibet sexagenam sexaginta grossos computando. Quos quidem homines suprafatos reverendissimus dominus pontifex Joannes et ceteri postmodum successores ita rate, firme et debite cum omni iure et dominio dignetur tenere, possidere, regere[k], gubernare, ut verus hereditarius dominus, prout et ego solus tenui, habui et gubernavi, omni scrupulo impedimenti ab omnibus meis successoribus postposito, tam in vita mea quam post vitam, hec ratificando et vendendo perpetuis temporibus et in ewm. Acta sunt hec et data[4] coram nobilibus dominis Mathia Skyrmunthowycz[l], Stanislao Skyrmunthowycz[l], Alberto Volmynowycz[m], Jaczko[n] Costewycz[o], Mathia Thanutowycz[p]. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, feria tertia[q] in vigilia sancti Laurencii anno Domini millesimo quadricentesimo[r] septuagesimo quarto etc.

286.

Oszmiana, 10 sierpnia 1474.

Stanisław Daukszewicz wraz z żoną swą Barbarą kościołowi, który zamierza wystawić w Wołmie czyli Starzynach pod wezwaniem Wniebowzięcia NMP., św. Mikołaja i św. Stanisława, nadaje ziemię orną z pięciu ludźmi Woynczykowiczami dannikami z wszelkiemi ich powinnościami; trzech służebnych Tymoszewiczów; dziewięcinę wszelakiego ziarna ze wspomnianego dworu, dziesięciny zbożowe z dworów swoich w Bracławiu i Stępach; na rzecz zaś plebana daje trzech niewolnych z żonami i trzech parobków do orki; dla wikarego dziesięcinę ze zwierząt domowych i ogrodów z wszystkich swoich dworów.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. II str. 324—5 (nr 105) z zapiskiem: Lectum Correctum. — *2. Lib. VI k. 67'—68 (nr 47) z zapiskami na marginesie:* Lectum *i* Descriptum. — *3. Czart. k. 35'—36. — 4. Lib. Magn. k. 28'.*

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 62.

Uw. Rozwlekłość stylizacji i położenie nacisku na trwałość uposażenia budzi pewne podejrzenie, czy dokument ten nie jest interpolowany, zwlaszcza że kościół ten uległ profanacji przez kalwinów i na nowo był erygowany.

In nomine sanctae Trinitatis et individuae unitatis amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia nunc iuxta dictum apostolicum non hic habemus manentem civitatem, sed futuram expectamus[1], memorantes igitur dona, quibus nos Omnipotens Deus in hoc saeculo

285. [h] cum tota et plenaria *Lib. II i Czart.* [i] vendendi *Lib. I* [j] Christo *Lib. II i Czart.* [k] *brak w Lib. I* [l] Skirmuntowicz *Lib. II i Czart.* [m] Tolminowicz *Lib. II i Czart.* [n] Jacobo *tak Lib. I i Lib. II* [o] Ostrwycz *Lib. I* [p] Tarnutowicz *Lib. II i Czart.* [q] quarta *błędnie Lib. I* [r] quadringentesimo *Lib. II i Czart.*

285. [4] *Że akt ten wydany został w Oszmianie, wynika z datacji aktu tegoż samego wystawcy w dniu bezpośrednio następnym (ob. Nr następny).*

286. [1] *Żyd. 13$_{14}$.*

condonavit, nunc sanitatibus, nunc prosperitatibus, nunc divitiis et aliorum bonorum accrescentiis, volentes igitur, ut istis temporalibus lucri facere valeamus aeterna quod aliter acquiri non valet, nisi per bona et eleemosinarum largitionem, sacrarum aedium constructionem ad fundendam devotam orationem: proinde nos Stanislaus Dauxewicz[2] et Barbara uxor eiusdem, cupientes animarum nostrarum et praedecessorum nostrorum acquirere salutem, decrevimus in bonis nostris dictis[a] Wołma seu Starzyny[3] aedificare domum orationis, videlicet ecclesiam ad laudem Omnipotentis Dei et Beatae Mariae Assumptionis et sanctorum pontificum Nicolai et Stanislai honorem. Sed quia aedificatio ecclesiae constructa non est per se[b] ecclesia, si non fuerint proventus ad ecclesiam sufficientes, quo sustentaretur ecclesia, hoc est plebanus cum servis ecclesiae, ob quam sustentationem, Christi invocato nomine, ad eandem ecclesiam donamus terram pro agricultura super centum tunnas seminationis, homines dictos Woynczykowicz[c] tributarios quinque fratres, quemlibet ex eis de propria[d] domo[d] computando cum omni iure et tributo mellis, videlicet tenas duas mellis[e], et eorum successores sequaces tribuimus; caeterum tres homines super laborem domesticum, tres fratres dictos Tymoszowiczy cum omni iure ad laborem continuum sicut et nobis servierunt; caeterum ad eandem domum Dei in locum decimae donamus nonam capetam de omni grano seminationis in curia praefata, secundam decimam in curia nostra Braczsław[4], tertiam decimam in curia nostra Stępy[f][5] ex omni grano; ad serviendum quoque plebano et rectori domus Dei tres servos illiberos cum uxoribus eorum et tres famulos, qui valent pro rastro, omnes novem computando damus. Haec omnia praedicta ad laudem Dei Omnipotentis[g] et Beatae Mariae Assumptionis et sanctorum pontificum Nicolai, Stanislai honorem donamus, damus, tribuimus, assignamus, inscribimus, allegavimus ratificando et certificando[h] haec omnia sine falso[i]. Quae bona ecclesiastica plebanus in praesens et caeteri sequaces quilibet eorum teneat, possideat, habeat, regat plenaria cum auctoritate, potestate et omni donationis[j] iure, sicut et nos tenuimus temporibus perpetuis et in aevum. Et insuper cupientes, ut quilibet plebanus ad suprafatam ecclesiam de eisdem bonis vicarium et ministrum ecclesiae semper habeat, addimus et apponimus decimam de omni curia nostra tam ab equis quam ab ovibus, vaccis et bobus et ab omnibus hortis nostris supranominatam potestatem tradimus decimandi, accipiendi iuxta valorem decimationis. Haec quoque omnia, quaecunque scripta sunt et per nos ratificata, plena in sanitate et debita cum ratione sunt ascripta[k], omni extranea compulsione exclusa. Acta sunt haec et data in curia nostra Osmena[l], ipso die S. Laurentii anno Domini millesimo quadrigentesimo septuagesimo quarto. Coram nobilibus dominis Simone Neluszewicz[m], Adalberto Naruszewicz et Michaele fratre Adalberti, Juszkone Butołtowicz, Phedeniecz servo domini Martini Gastoltowicz[n], Stanislao Wyszymuntowicz, et coram pluribus fidedignis ad praemissa.

286. [a] *w Lib. VI dopisane drugą ręką* [b] per se non est *Czart. i Lib. M* [c] Woyneytowicz *Czart. i Lib. M* [d] de curia denuo *Czart. i Lib. M* [e] *w Lib. VI dodane drugą ręką* [f] Stepy *Czart. i Lib. M* [g] omnipotentis Dei *Czart.* [h] certificandoque *Czart.* [i] fallo *w kopjach* [j] *Lib. VI poprawia z* donatione [k] scripta sunt *Czart.*, sunt scripta *Lib. M.* [l] *w Lib. VI dodane drugą ręką* h *po* s [m] *w Lib. VI poprawione z pierwotnego* Weluszewicz [n] Gastoltowicz *Czart.*

286. [2] *Ob. o nim wyżej str. 332 przyp. 1.* [3] *Wolma, miasteczko w Mińszczyźnie na zach. od Mińska, dziś poza granicami diecezji i państwa. Do dziś są na płd. od Wołmy Starzynki, jako ślad dawnej nazwy Wołmy — Starzyny.* [4] *Niewątpliwie Brasław, znane później miasto nad jeziorem Drywjaty.* [5] *Miejscowość nieodgadniona.*

287.

Nad rzeką Płotnicą, 21 września 1474.

Przedstawiciele kapituły wileńskiej i urzędnicy biskupa wileńskiego, po naradzie z miejscowymi ludźmi wezwanymi przez obie strony, ustalają granicę na rzece Łoknicy, przydając Babi Ostrów ludziom biskupim i wyznaczają kary pieniężne w rublach za przekroczenie tej granicy.

Or. ruski tego aktu znajdował się jeszcze w r. 1865 w Archiwum Diecezjalnem Wileńskiem, gdzie go miał wtedy w ręku wydawca II tomu Aktów juźn. i zap. Rossii (ob. Wyd.). Był ten dokument, jak podaje wydawca, na pergaminie i wisiała u niego na cienkim różnobarwnym sznurku rozłamana pieczęć.

Przekł. polski (z ruskiego Or., skażony błędami) w Lib. I 2 k. CXXVII—CXXVII' z nagłówkiem: Littere iudicii super Baby Ostrow hominibus episcopi circa Slonym post fluvium Lokynycza sitis adiudicatum.

Wyd. z Or. ruskiego w Aktach otnosjaszczychsja k istorii jużnoj i zapadnoj Rossii T. II (Petersburg 1865) str. 109 nr 75 z uwagą: iz archiwa wilenskago katedralnago sobora.

Uw. Wydaje się tu tekst ruski wedle Wyd., obok zaś w drugiej kolumnie przekład jego polski.

Wo imja swjatoe nerazdělьnoe Troici stanьsja. Na wěcznuju pamjatь niněsznimъ i potomъ buduczimъ usimъ pospolite znamen(it)o czinimъ, kotorymъ budetь potrebizna ohledati. My knjazь Woitko proborszczь, Mikolai, kanonici Wilenskoho kostela swjatoho Stanislawa, panъ Mikolai Dubrowenьskii, panъ Jurьi marszalekъ, panъ Woitko i Jakubъ knjazja zъ Božei laski biskupa Wilenъskoho urjadniki, podъ lěty Božьimi tisjacza 400 semьdesjatъ 4 hodъ měsjaca sentjabrja 20 i 1 denь, sprosili esmo storony otъ knjazja biskupa eho milosti pana Balakira urjadnika knjazja Michaila Wasilьewicza, i pana Bohdana Wasilьewicza korolja eho milosti bojarina, Iwana Danila Lewkowicza, a otъ ka(pituły) Wilenskoho kostela swjatoho Stanislawa pana Mitьka Petrowicza i pana Mitьka Bardicza i pana Fedora Bardicza, Oleksandra Maksimowicza i Danila Belotьskoho, Mikulu i Lьweja i inьszichъ mužowъ kъ tomu obliczьno sobranychъ, urja-

W ymyą swyentey Troycze nyerosdzeloney stan szye. Na wyeczna pamyącz nynyeyszym y na pothym bądączym wszystkym pospolyczye znamyono czynym, ktorym bądzye potrzeba oglądacz. My xyąd(z) Woythko proboscz, Mikolay, canonici Vilenskiego coszczyola swyentego Stanislawa, pan Mikolay Dubrowyenski, pan Jurgij marszalek, pan Voytko y Jakub xyadza z Bozey laski byskupa Vilenskyego vrzednyki, pod lathi Bozymy thyssyącznym[a] cztyrista syedmdzesyątnym czvarthym myesyącza septembra dwvdzesnego dnya y yednego, patrzalysmy[b] strony od xyadza byskupa jego mylosczy pana Balakyrza vrzendnyka knyaza Mychala Vassilewycza, pana Bohdana Vasilewycza crola yego mylosczy boyarzyna, Ivana Danyla Lewyssowyczy[c], a oth capituly Vilenskyego cosczyola swyentego Stanislawa pana Myczka Pyotrowycza y pana Myczka Bardzycza y pana Phedora[d] Bardzycza, Alexandra Massunowycza i Da-

287. [a] *po tym wyrazie przekreślone:* pyenczsetnym [b] *poprawione tą samą ręką z* patrzalasmy [c] *te dwa wyrazy razem napisane* [d] *w tym wyrazie o niepełne, możnaby czytać* Phedira

dili, utwerьdi(li) esmo wěczьno i hranicju udělali rěkoju na imja Lokniceju[1], i prodali kъ Solonomu Babii Ostrowъ knjazja biskupowymъ ljudemъ zъ usimъ prawomъ zemli i wъ bortjachъ; ni biskupowymъ czerezъ Loknicu, ani kanoniczimъ a bobry u Loknici sъpolu honiti. A chto prostupitь czerezъ nasze prawo otъ knjazja biskupowychъ ljudei, knjazju biskupu sto rublowъ; a estьli kanoniczni prostupjatь, kanonikomъ sto rublowъ, a ězdokomъ, kotorye pri tomъ byli, desjatь rublowъ. Psanъ na korczmě kapitulьnee storony podlě Plotnici[2] rěki hraniczьnoe, dnja i měsjaca perьwopisanychъ.

nyela Belotskoho, Mykulu y Lubyeya y ynszych mvszow ktemv oblyczne zebranych, vradzyly, vczwyerdzylysmy wyeczno y granyczą vdzielaly rzaką na ymyą Lokynyczą, a przydaly k Slonymv Baby Ostrow knyaza byskupowym ludzem wszytkym prawem szyemy y w borczach; y byskupowym przes Lokynycza any canonyczym a bobr u[e] Loknycz spolu gonycz. A kto przestampy przes nasze prauo oth xyądza byskupowych ludzy, xyądzv byskupowy sto rublow; a jesly canonicze przestampya, cano(ni)com sto rublow a jesdokom, ktorzy przy thym byly, dzyeszyącz rublow. Pyssan na Cormye capitulney strony podle Pasnycze rzeky granyczney, dnyą a myeszyącza wysszey pysanych.

288.

Kijów, 4 października 1474.

Ludwik patrjarcha antjocheński, nuncjusz i poseł papieski z władzą szczególną, daną sobie w bulli (niewymienionego papieża) dla Marcina Gasztołda, oznajmia, iż kościołowi NMP. konwentu franciszkańskiego w Wilnie mocą apostolską udzielił był osobnym swoim przywilejem pewnych odpustów na pewne dni; niniejszem tak ustnie jak i na piśmie mocą (wspomnianej) bulli papieskiej nadaje siedm lat i tyleż kwadragen odpustu wszystkim chrześcijanom pokutującym i spowiadającym się, którzy wezmą udział w procesji z Najśw. Sakramentem w uroczystości wszystkie maryjne, św. Franciszka wyznawcy, św. Mikołaja, św. Antoniego, św. Ludwika i św. Klary, oraz na każdą niedzielę, jeśli odmówią naznaczone pacierze ku czci Męki Pańskiej, ku NMP. i o zachowanie wiary chrześcijańskiej i Kościoła Rzymskiego.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy 40·5 × 25·3 + 5·5, poplamiony i zbrudzony, dziury w zagięciach wygryzione przez myszy. — Na sznurze jedwabnym spłowiałej barwy wiśniowej wisi górny ułomek pieczęci ostroowalnego kształtu, wyciśniętej w czerwonym wosku, na której pozostała tylko górna część baldachimu gotyckiego, po obu zaś jego stronach resztki napisu otokowego: sigill.... anthioceni. — *Na zakładce z prawej strony własnoręczny podpis notarjusza:* N. Crucze. — *Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wewnętrznem:* Indulgencie solennitatum cum processione *(współczesny); 2) na złożeniu wierzchniem zapisek z w. XVII zupełnie zatarty; pozostały tylko ślady wyrazów:* Valet pro certis festivitatibus, *poczem wątłe ślady wymienionych świąt; 3) powyżej*

287. [e] a *w tekście*

287. [1] *Łoknica, rzeczka na granicy pow. mozyrskiego i owruckiego, wpadająca do jeziora Świdowca w dorzeczu Uborci (Słownik Geogr. T. V str. 689).* [2] *Płotnica, mała rzeczka w pow. mozyrskim, dopływ Uborci z prawego brzegu (tamże T. VIII str. 321).*

z w. XVIII: Nº 10. Processiones in omnibus festivitatibus Beatae Mariae Virginis necnon in festivitatibus patronorum nostri ordinis et aliorum sanctorum introscriptorum in perpetuum concessae a Sancta Sede apostolica *(niżej:)* 1474 *(inną ręką:)* 8^{bris} 4; *inna ręka dodała:* Possunt valere; *4) sygnatury:* B II *(w. XVI), na kartce z w. XIX szpilką przymocowanej:* Fasc. 1, *niżej:* 2. — *Dokument ten wyjęty z archiwum franciszkańskiego, z końcem w. XIX pomieszczony został wśród dokumentów kapitulnych, jak wskazuje wspomniana powyżej pod 4 sygnatura franciszkańska na kartce.*

Kop. Archiwum Kap. Kat. Wil. w kopjarzu franciszkańskim z r. 1649 na str. 21—22 z podobnym zapiskiem jak na odwrociu dokumentu (ob. wyżej pod 3) z dopiskiem: Privilegii huius originale in Archivio conservatum.

Reg. w wykazie dokumentów franciszkańskich w osobnym fascykule z pol. w. XIX w rękopisie Pol. Akademji Umiej. nr 1243 (ob. wyżej Nr 235).

Uw. Gdyby przywilej ten odpustowy nie zachował się był w oryginale, byłoby się skłonnym do podejrzywania autentyczności jego, a to raz z powodu ogólnikowej intytulacji wystawcy, niepodającego wbrew stałej praktyce kurjalnej imienia papieża, którego się mieni wysłannikiem, a powtóre z powodu zawiłej i wprost niezrozumiałej redakcji zarówno w intytulacji jak w ustępie ekspozycji: w pierwszej, uzasadniającej władzę apostolską wystawcy (do czego i później powraca), jest mowa o bulli jakoby współczesnego papieża, zresztą zupełnie nieznanej, do Marcina Gasztołda; w drugiej zaś nie można należycie wyrozumieć stosunku do siebie obu nadanych przez tego patrjarchę odpustów kościołowi franciszkańskiemu w Wilnie, snać pierwsze wydały się oo. franciszkanom niedostateczne. Wątpliwości te, jak i zarazem autentyczność odpustowego tego aktu uzasadnia aż nadto sama osobistość wystawcy, osobistość nadzwyczaj ciekawa, zbyt głośna za swoich czasów, dzisiaj niemal całkiem zapomniana, już dla współczesnych zagadkowa, różnie i w historjografji osądzana. Mąż ten zasługuje na uwagę także z tego względu, iż w dziejach Polski, o którą się otarł przelotnie, odegrał rolę dotychczas niewyjaśnioną. Podaje się ją na innem miejscu.

Ludouicus Dei et apostolice Sedis gracia patriarcha Anthiocenus ac sanctissimi domini nostri pape eiusdem sancte Sedis nunccius et orator cum potestate | speciali, pro una bulla nobis a sanctissimo domino nostro papa data pro magnifico domino Martino Gastoldo [1], concessa et commissa, pro ista vice sibi directa, | universis et singulis presentes nostras litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam et divini cultus in animarum salutem desiderare. Sancta mater Ecle|sia katholica omnes fideles cristianos in visceribus Domini nostri Ihesu Cristi salvos fieri desiderat, et viam talem per nunctios et legatos apostolicos libenter exquirit et sitit animarum salutem. Cupientes igitur, ut eclesia Beate Marie Virginis conventus Fratrum Minorum in Vilna dignis honoribus frequentetur, fidelesque ipsi eo libencius devocionis causa confluant ad eandem, quo divini muneris sentirent se refectos, auctoritate apostolica certas indulgencias eidem eclesie certis temporibus tamen deputatis per litteras nostras concessimus, prout in eisdem plenius continetur. Et quia manus Domini nunquam fuit abreviata et eiusdem misericordie non est numerus, de Omnipotentis Dei misericordia omnibus Cristi [a] fidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui in omnibus festivitatibus Beate Marie Virginis, Francisci confessoris, sancti Nicolai, sancti Anthoni(i), sancti Lodouici sancteque Clare, dum processio cum sacratissimo Corpore Cristi sancte celebratur, dictam processionem candelam illuminatam portantes sequantur; et ob reverenciam et memoriam passionis

288. [a] Crisci *Or.*

288. [1] *Marcin Gasztołd w tym czasie był wojewodą kijowskim (1471—1480) (ob. Semkowicz Wł., O bojarskich rodach w Roczn. Herald. T. VI [r. 1921/3] str. 122). Treść bulli jest nieznana.*

Cristi quinquies »Pater noster« et totidem »Ave Maria«, et Beate Marie Virginis sepcies »Pater noster« et totidem »Ave Maria«, et pro conservacione cristiane fidei et status sancte Romane Eclesie ter »Pater noster« et totidem »Ave Maria« devote dixerint, pro singulis diebus dominicis huiusmodi[a] mensuatim, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitenciis in forma Eclesie consueta, auctoritate sanctissimi domini nostri pape, cuius specialis bulle commissa gerimus, tam scriptis quam vive vocis oraculo misericorditer relaxamus his nostris presentibus perpetuis temporibus duraturis. In cuius omnium et singulorum fidem has nostras litteras per notarium nostrum infrascriptum fieri, nostrique pontificalis singilli[b] inappensione muniri fecimus et mandavimus. Datum Kyouie[c] in conventu Fratrum Predicatorum titulato sancti Nicolai, ubi nostram fecimus residenciam, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto die vero quarta mensis octobris, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti, anno eius quarto.

289.

Rzym, 6 grudnia 1474.

Papież Sykstus IV zleca biskupom dorpackiemu[1] *i wileńskiemu*[2] *tudzież dziekanowi kościoła ozylskiego, by dopilnowali wykonania wyroków papieży Innocentego VI i Marcina V w sporze między kościołem ryskim a Zakonem niemieckim w Inflantach o zwierzchność nad miastem Rygą.*

Reg. *Archiwum Watykańskie, Regesta orig. An. IV Bull. divers. T. XIX k. 232 (według sygnatury Theinera).*

Wyd. *Theiner Aug., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II (Romae 1861), str. 178 nr 220.*

290.

Ostrowiec, 1474.

Bogdan Mitkowicz wraz z braćmi Janem i Juszkiem kościołowi parafjalnemu w Ostrowcu pod wezwaniem NPM. i Wszystkich Świętych tudzież jego plebanowi zapisuje ośm beczek żyta oraz po dwie jęczmienia i owsa za zbawienie swoje, swego brata Andrzeja, rodziców i wszystkich przodków i następców.

Or. *brak.*

Kop. *1. Czart. k. 35—35'. — 2. Lib. Magn. k. 27'—28.*

Reg. *Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 186 (wzmianka o powiększeniu funduszu).*

Uw. *Ob. wyżej dokument Jerzego Gasztołda dla tegoż kościoła z r. 1468, mający formularz niemal identyczny z niniejszym dokumentem (str. 299/301 Nr 260).*

In nomine sanctae Trinitatis et individuae unitatis amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nihil sit certius morte et nihil incertius nisi hora mortis, nos igitur Bogdan Mitkowicz una cum fratribus meis videlicet Johanne et Juskone, cupientes ipsam horam praevenire iudicisque universalis, qui modo mitis et pius est, operibus misericordiae sen-

288. [b] *tak Or.* [c] Liuoniae *w Kop.*

289. [1] *Jan (Bertkow) de Barbeit biskup dorpacki 1473—1485 (Eubel C., Hierarchia catholica m. ae. T. II ed. 2 str. 245).* [2] *Jan Łosowicz biskup wileński 1467—1481.*

tentiaeque irrevocabili obviare, iureque nostrorum carorum praedecessorum et successorum saluti consulere animarum, quod hinc sane et indubitanter credimus, cum pro cultu divino et sacris aedibus manus extendimus adiutrices. Unde ad laudem et honorem Omnipotentis Dei Genitricisque eius et Omnium Sanctorum pro salute nostra et fratris nostri Andreae iam (naturae)[a] debitum solventi(s), patris ac matris nostrae et omnium carorum nostrorum praedecessorum ac successorum damus, incorporamus et donamus donatione perpetua atque irrevocabili et aeviterne inscribimus ecclesiae parochiali in Ostrowyecz[1] ac plebano pro tempore existenti octo tunnas siliginis et quatuor vere[b] duas de ordeo et duas de avena temporibus perpetuis. Actum et datum in Ostrowecz, praesentibus testibus nobilibus domino Bohdan Bythdłowicz et Petro Bernathowicz et Alberto Joanne Douxowycz et Michaele Naczowicz. In cuius rei memoriam, robur et evidentiam sigilla nostra appensa sunt. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto[c].

291.

Wilno, 15 kwietnia 1475.

Olechna wdowa po Wizgirdzie wraz z ośmiu synami swymi, przytoczonymi imiennie, Janowi biskupowi wileńskiemu sprzedaje za trzydzieści kóp szerokich groszy monety litewskiej dobra swoje, zwane Magvncze, *z dwoma kmieciami Waszbutem i Butejką wraz z ich żonami i dziećmi, osiadłymi nad rzeką* Holoscha *w sąsiedztwie dworu Biskupice.*

Or. brak.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CXVI'—CXVIII z nagłówkiem: Empcio bonorum Magunczye nuncupata et duorum hominum per Reverendum patrem episcopum Vilnensem. — *2. Lib. II str. 326—8 nr 106 z nagłówkiem:* Venditio Olechnae Wizgierdowa bonorum nuncupatorum Magu nc ze cum duobus subditis curiae Biskupice adiacentium Joanni episcopo Vilnensi *i z zapiskiem:* Lectum Correctum *(odpis poprawiony z oryginału, pełniejszy i dokładniejszy niż Kop. 1). — 3. Czart. k. XIII—XIV z nagłówkiem tym samym co Kop. 2. — 4. Lib. Magn. k. VIII—VIII' (z nagłówkiem j. w.).*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 59.

In nomine sancte Trinitatis et individue unitatis amen. Quoniam humana memoria eternitati non commensuratur, expedit igitur, ut ea que fiunt in humanis negociis, ad perpetuitatis certitudinem deducantur[a] proborum testimonio et sigillorum[b] munimento. Ego igitur Olechna[c] bone memorie Wyszgyrd[d][1] consors, tanquam principalis heres bonorum maternalium infrascriptorum, una cum Georgio, Nyekrasz[e], Martino, Michaele, Alberto, Jacobo, Joanne et Paulo natis ac filiis meis carissimis universis et singulis, presentium noticiam habituris, publice recognoscen(tes) profitemur: quod[f] non coacti, nec[g] com-

290. [a] *w tekście w tem miejscu luka* [b] *tak w tekście* [c] *następuje wyraz nieczytelny, zaczynający się od litery* L, *poczem 2—3 litery jakby* mn

290. [1] *Ostrowiec, ob. objaśnienie na str. 300 przyp. 2.*

291. [a] *Lib. I dodaje tu słówko* et [b] testimonio sigillorumque *Lib. I* [c] *tak Lib. II i Czart.,* Obochna *Lib. I* [d] Wyzgyrd *Lib. II,* Wizgird *Czart.* [e] Niekrasz *Czart.* [f] quia *Lib. II i Czart.* [g] non *Czart.*

291. [1] *O Wyszgierdzie i jego rodzinie ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich (w Roczn. Herald. T. V [1920] str. 55).*

pulsi, sed animo deliberato nostrorum amicorum et consanguineorum maturo consilio prehabito, bona nostra hereditaria dicta et nuncupata Magvncze[h 2] et duos homines nominibus et cognominibus his vocatos et appellatos, videlicet Vaszbuth[i] et Butheyko[j] una cum uxoribus et pueris ipsorum, in eisdem bonis locatos et possessionatos in Holoscha[3] fluvio consistentes, curie dicte Biskupycze[k] circumquaque parte adiacentibus, in districtu Vilnensi sita, vendidimus et presentibus vendimus reverendissimo in Christo patri et domino Joanni Dei gracia episcopo Vilnensi suisque legitimis successoribus ceteris episcopis pro triginta sexagenis latorum grossorum minus una sexagena monete et numeri in magno ducatu Lythuanie[l] consueti[m], ad utilitatem nostram et successorum nostrorum integre et complete receptorum. Que quidem bona hereditaria cum dictis duobus cmetonibus[n] prefato domino episcopo et suis legitimis successoribus cum omni iure, dominio, iudicio, potestate et libertate, quibus ipsa hactenus possidebamus, cum omnibus agris cultis sive colendis, locatis seu locandis, areis, argulis, silvis, nemoribus, indaginibus, sareptis, rubetis, boris, mericis, mellificiis, venacionibus, pratis, pascuis inventis et inveniendis, constructis et construendis, stagnis, lacubus, paludibus, vallibus, collibus, montibus, antris traconibus[o], aquis fluentibus, vadis, piscinis, piscaturis et eorum decursibus, cum molendinis aquaticis factis vel fiendis, cum omnibus ac[p] universis usibus, fructibus, utilitatibus, censibus, proventibus, contribucionibus, redditibus, serviciis, laboribus, honoribus et donacionibus quibuslibet pacifice et quiete, libere et perpetue resignamus haben(da), tenen(da), possiden(da), utifruen(da), venden(da), commutan(da), alienan(da) ac in usus suos beneplacitos converten(da), prout sibi et successoribus legitimis melius et utilius videbitur expediri In cuius rei testimonium sigillum meum de consensu pariter et assensu filiorum meorum superius nominatorum est appensum. Actum et datum Vilne, sabbato in crastino sanctorum Thiburcii[q] et Valeriani anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Presentibus nobilibus dominis Mathia Skyrmuntowycz[r], Michaele Wyelbuthowycz[s], Nicolao, Thoma, Georgio, Alberto curiarum reverendi[t] patris eiusdem domini episcopi Vilnensis tenutariis, Joanne domini lociordinarii curiae marsalco[u], Joanne clavigero, Paulo eiusdem domini[v] lociordinarii notario, et aliis quam pluribus fidedignis.

292.

Rzym, 12 lipca 1475.

Wikarjusz i bracia prowincji polskiej minorytów (bernardynów), mający domy na Litwie i Rusi, upraszają o dopuszczanie schyzmatyków do swoich kościołów na nabożeństwa i niezachowanie interdyktu, jeśli go kościół katedralny lub macierzysty nie zachowuje.

Tekst supliki w Archiwum Watykańskiem, Reg. Suppl. T. 716 (nowa sygnatura 723) k. 281' (nowa sygn. 285). — Na lewym marginesie inną ręką: Sine diocesi, *niżej inną ręką:* Indultum; *na prawym marginesie inną ręką:* Pe(trus) Tiras(on)en(sis).

291. [h] Maguncze *Lib. II i Czart.* [i] *Czart. tak samo, poprawione z* Baszbuth [j] Buteyko *Lib. II i Czart.* [k] Byszkupicze *Lib. II*, Biskupice *Czart.* [l] Litvaniae *Czart.* [m] consuetis *Lib. II* [n] kmethonibus *Lib. II i Czart.* [o] *brak tych dwóch wyrazów w Lib. I* [p] et *Lib. II i Czart.* [q] Tiburtii *Lib. II i Czart.* [r] Styrmuntowycz *Lib. I* [s] Wielbutowicz *Lib. II i Czart.* [t] reverendissimi *Czart.* [u] marschalco *Lib. II i Czart.* [v] *brak w Czart.*

291. [2] *Maguńcze, osada dziś nieistniejąca, nad rzeką Loszą, poboczną Oszmianki, zdaje się ta sama, o której mowa wyżej na str. 332 Nr 285.* [3] *Niewątpliwie Losza, dopływ Oszmianki.*

Beatissime Pater. Provincia Polonie ordinis Minorum secundum morem ipsius ordinis plures habet domos in partibus Lithuanie et Russie inter scismaticos constitutas, et propterea sepe contingit, quod ipsi scismatici fratrum dicte provincie predicacionem audiunt et ad eorundem fratrum ecclesias confluunt divina audientes officia, et sine scandalo ab ipsis ecclesiis eici non possunt, plures quoque heretici interdicti ad ipsam provinciam declinant, propter quos cathedralis seu maternalis ecclesie[a] interdictum non observant. Supplicant S. V. vicarius et fratres dicte provincie, quod eis quoad scismaticos huiusmodi, quando eos sine scandalo eicere non possunt, in divinis vitare, necnon nisi cathedralis seu maternalis ecclesia interdictum observet, interdictum huiusmodi observare non teneantur, concedere dignemini de gracia speciali. Et cum non obstantibus et clausulis opportunis.

Fiat ut petitur in Lithuania. F.

Et cum commissione omnium premissorum fiat ut supra. F.

Datum Rome apud sanctum Petrum, quarto idus julii anno quarto.

293.

(Falsyfikat).

Hruzdowo, 15 października 1475.

Bohdan Andruszkowicz Sakowicz, dziedzic Hruzdowa kościół swój tamże przez ojca swego ku czci św. Trójcy, św. Ducha i Wniebowzięcia NMP. założony i uposażony, z powodu (rzekomej) zatraty przywileju na dobra i dochody tegoż kościoła i plebanji, na prośby księdza Stanisława Rudego plebana w Hruzdowie na nowo eryguje, nadając mu dziesięcinę snopową ze wsi Hruzdowa z dodaniem wszelkich dziesięcin ze swoich dworów Sieliszcza i Ilji w miejsce dziesięcin z Nosiłowa i Wiślecza, które brat jego Jerzy zabrał na rzecz swego kościoła; ludzi Rypczyków koło Sieliszcz z uprawnieniami w rybołostwie, łąkach, lasach i na rzekach; czterech czynszowników z ziemiami i daniną miodową, zwalniając wszystkich poddanych kościoła od powinności względem siebie i zapewniając im obronę; rolę na cztery pługi z dworkiem i wyszczególnionemi łąkami; pięciu robotników wyliczonych imiennie wraz z ich łąkami, daniami i ciężarami na rzecz plebana, jak dotychczas swemu panu; karczmę z prawem propinacji; prawo mlewa w swoim młynie, rybołostwa w swoim stawie z jazem na rzece Brzezinie jak i wypasu na swych łąkach; cztery grzywny z Iży, Daniuszewa i Spiahlicy, których pobór szczegółowo określa.

[illegible] *Dokument w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej na pergaminie grubym 50·3 × 27·7 + 4·7, na zagięciach zbrudzony i zatarty, kilka dziurek od robactwa. — Falsyfikat już na pierwszy rzut oka poznać można z barwy atramentu (żółtego) i z charakteru pisma, pochodzącego z pierwszych dziesiątków w. XVII lub co najwyżej z końca w. XVI, przyczem widać pewne, chociaż niezbyt wytężające usiłowanie, by naśladować pismo z w. XV w częstem użyciu* v *zamiast* u, *tudzież niektórych liter starszego typu jak* δ, *wielkiego* I *na początku niektórych ustępów, wreszcie w systematycznem a dość zręcznem zastosowaniu skróceń.*

292. [a] ecclesia *w tekście*

Mały inicjał prosty na długość siedmiu wierszy, nieudolnie wykonany, nie jest naśladowany, tylko sfingowany. Inwokacja większem pismem. Podkreślenia, poprawki i dopiski późniejsze. — Pieczęć prawdopodobnie oryginalna, bliskoczesna powstaniu aktu, wisi na czarnym plecionym sznurze z podłego jedwabiu. Miseczka bulwiastego kształtu z głębokim wyciskiem okrągłym, średnicy 15 mm.; w tarczy herb Pomian, nad nią litery: B Ą. — *Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem zapisek ruski zielonym atramentem:* ... **на костел грѹздовъский**; *2) poniżej zapiski z w. XVII różnemi a temi samemi rękami co i w autentyku z r. 1443 (ob. wyżej str. 199 Nr 175); pierwszy z nich o dwóch wierszach mocno zatarty, widoczne wyrazy:* fundatione *i t. d. z datą:* 1475. N⁰ 44, *oraz* rescriptum Hruzdowo, descriptum; *3) w ciągu dalszym z w. XVIII różnemi rękami:* A⁰ 1475. Fundusz Bogdana Andruschkowicza Sakowicza dziesięcyny do Hruzdowa w Sedliscza i na Ili tak z dwornych pol iako i pustych; *niżej inną ręką:* Hruzdow; *4) na złożeniu wewnętrznem bocznem zapisek współczesny:* Roku 1762 miesiąca maja piątego dnia stanowszy personaliter patron JPan Jan Onufry z Pierżodow Pierżodowicz skarbnik oszmiański w Trybunale Głownym WXL., ten oryginał funduszu ad acta podał *(własnoręcznie inną ręką):* Jan kniaź Massalski MTG WXL PL mp.; *niżej inną ręką:* Concordatum cum actis, Jelenski ZW ... WXL, PP. mp.; *5) na złożeniu spodniem zapiski dwiema rękami także z w. XVIII, zaznaczające fundusz kościoła hruzdowskiego 1475; 6) na złożeniu wierzchniem u góry przed zapiskiem ruskim współczesna sygnatura:* N⁰ 21.

Kop. 1. Lib. VI k. 62—64' pod tym samym tutaj numerem 44, który jest wypisany na złożeniu wierzchniem tego pergaminu z zapiskiem: Lectum. — *2. Czart. k. 36—37'. — 3. Lib. Magn. k. 28'—29'. — 4. Ekstrakt na luźnym arkuszu folio o 2 kartach w Archiwum Kap. Kat. Wil. z uwagą:* ex actis Archivi diaecesis Vilnensis *z 11 stycznia 1778 pod pieczęcią tegoż Archiwum i z podpisem kanclerza diecezjalnego X. Jacka Miłosza, sporządzony jak i współczesny mu ekstrakt pierwszego przywileju hruzdowskiego z 3 lutego 1443 w dosłownym odpisie z Czart.; na odwrociu w złożeniu wierzchniem zapiski dwóch rąk współczesne:* Fundusz plebanij hruzdowskiey na Rybczyn — do sprawy z Mniszkami *(benedyktynkami wileńskiemi u św. Katarzyny)* 1475 8br. 15, Fundusz Bohdana Andruszkiewicza Sakowicza — na Rybczyn seu Rybczyki do plebanij hruzdowskiey.

Reg. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 199.

Uw. Niewątpliwy falsyfikat z w. XVI/XVII ze względów paleograficznych (ob. wyżej) i napuszystości stylistycznej, sporządzony w ramach pierwotnego dokumentu Andrzeja Sakowicza z 3 lutego r. 1443, który się dochował mimo wyraźnej wzmianki o jego zaginięciu (ob. str. 199/201 Nr 175) i z którego powtarza wszystkie nadania, uzupełniając je nowemi. Aczkolwiek redakcja nadań przedstawia stadjum późniejszego rozwoju gospodarczego, przyjąć jednak należy, że istniało rzeczywiście nadanie Bohdana Andruszkowicza, rozszerzające uposażenie jego ojca Andrzeja Sakowicza, chociaż nie w takich rozmiarach i z uwzględnieniem tych dochodów i powinności względem plebana, jak w niniejszym falsyfikacie.

In nomine Domini amen. Actiones humanae, quae geruntur in tempore, pariter cum transitu temporis oblivioni dantur, labuntur et evanescunt. Ita necesse sit, ut munitione litterarum ad memoriam postfuturam firmentur, radicentur et conserventur ad id, quo utilius firmiusque fieri possit. Haud secus censeo, quam per bona opera in fide recta facta et in charitate Optimi Dei habita potissimum, quod eundem Creatorem et Redemptorem Dominum nostrum Ihesum Christum Salvatorem (a quo sumus et omnia naturalia[a] haereditariave nostra ab eo nobis gratis sunt donata et temporaliter concessa) haeredem participemque patrimonii nostri atque eorundem bonorum nostrorum fecerimus et nomini eius sanctissimo aliquam partem bonorum nostrorum vendicamus, offerimus et dedicamus, quo ipse vicissim suo in regno pro ineffabili gratia sua participes et cohaeredes

293. [a] natalia *Lib. VI*

facere dignetur. Quamobrem ego Bohdan Andruszkowicz Sakowicza[1] immediatus ac legitimus haeres et dominus in Hrosdowo[b][2], volens providere, ut ecclesia nostra in Hrusdowo per patrem meum dilectissimum prius erecta et fundata, propter amissionem ipsius fundati seu privilegii ecclesiastici super bona et proventus ad eandem ecclesiam et plebanatum spectantia data et donata, proinde donationibus et proventibus suis ne privetur, aut memoria animarum parentum nostrorum praeteritorum nostraque et postfutura successorum nostrorum neglecta, amissa, oblita ne fuerit, tum insuper allectus existens continuis precibus et dignis postulationibus honorabilis domini Stanislai Rudi nostri sacerdotis et plebani in eadem Hrusdowo eiusque servitia continua, quae[c] in itineribus nostris pro defensione Reipublice nobis fecerat, considerans et in memoria habens: volens igitur et secundum conatus meos desiderans ob amorem summae et sanctissimae Trinitatis et individuae unitatis et Spiritus Sancti atque Assumptionis Genitricis Mariae, quibus titulis et honoribus haec ipsa ecclesia principaliter fuit et nunc est erecta, fundata et dedicata, in eisdem ergo bonis, proventibus et donationibus per patrem meum, aliquibus tamen per me superadditis, fundatum seu privilegium erigere volo, et Domino iuvante erigo et attribuo perpetua et ir(r)evocabili donatione praesenti privilegio perpetuis temporibus inscribo et approprio huic ecclesiae Hrusdoviensi, rectoribusque eius qui temporibus suis extiterint. Inprimis decimas manipulares hic in Hrusdowo, et etiam nunc addo et approprio decimas de Siedliscze[3] et Ila[d][4] de omni grano et de seminibus ortensibus[e] et de terris bojarinum[f] aut subditorum desertatis, quas terras super curias prius nominatas araverint et conseminaverint, videlicet[g] de terris praediorum nostrorum ad curias prius dictas attinentium. Si contigerit incolis nostris aut alienis appretiari campos ad conseminandum, extunc nos et nostri successores ac dicti appretiatores terrarum tenemur et obligamur, tenebuntur et obligabuntur etiam nostri vicesgerentes seu factores sub iuramento perpetuis temporibus decimas dare et retribuere, scilicet strennam super festa Natalis Domini et festum Pascha tenemur et tenebuntur dare et retribuere; quas decimas de Siedliscze et Ila[h] hac ratione ad hanc ecclesiam in Hrusdowo dedi et appropriavi, quia[i] dominus Georgius frater meus germanus ab ista ecclesia in Hrusdowo ademit decimas de curiis suis Nosilowo[j][5] et Wislecz[k][6] et suae ecclesiae appropriavit[7], quas decimas dictas huic ecclesiae in Hrusdowo noster parens olim vendicaverat, inquiens ad me: Frater mi, quilibet nostrum de suis bonis privatis suam ecclesiam provideat. Demum quatuor homines loca sua et terras suas et prata circa[l] Siedliscze habentes cum tributis et servitiis suis: primus Racholka cum Basik, secundus Rypka[m] cum Myskone[n] collega suo, qui viri isti et successores eorum decem lapides senarios seu pudos mellis pro festo Michaelis dare et reddere (tenebuntur); dictis autem incolis Rypczykom, degentibus circa concursum fluminum Wiela[o] et Wiazina, licebit habere obstaculum pisces venari retibus qualibuscunque; prata vero eorundem ad transfretorium alias v p r z e w o z v Kasvczki, unum pratum Nascierthe, alia prata ad quatuor clibanos ibidem in locis suis divisa, aliud pratum in Triscianka in paludibus Nascierthe et ad duos clibanos, aliud pratum w Kolodziscach, aliud pratum ad Antiqua Siedliscza ad duos clibanos, aliud pratum Podbrzeziem ad Rapczowice ad duos clibanos; item habebunt liberum ingressum in sylvas seu boras

293. [b] *Czart. i Lib. M. stale piszą:* Hrusdowo [c] *w tekście* continuaque; *Lib. VI rozdzielił te wyrazy* [d] Ila *Lib. VI* [e] *Lib. VI poprawia z* hortorum *drugą ręką na* ortensibus; hortorum *Czart. i Lib. M.* [f] *tak w tekście i w Czart.;* bojarorum *Lib. VI i Lib. M.* [g] similiter *Lib. VI,* scilicet *Lib M.* [h] *w Lib. VI poprawione z* Ila *na* Ila [i] quod *Czart. i Lib. M.* [j] Nosilo et Wislecz *Czart.* [k] *Lib. VI pierwotnie* Wisliec [l] *brak w Czart.* [m] Rybka *Czart.* [n] Myszkone *Lib. VI poprawia z pierwotnego* Mis.kone [o] Vielya *Czart. i Lib M.*

293. [1] *O Bohdanie synu Andrzeja Sakowicza ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich i t. d. (w Roczniku Herald. T. VIII [1926/7] str. 134/5).* [2] *Ob. objaśnienie wyżej str. 200 Nr 175 przyp. 1.* [3] *Sieliszcze, osada położona na pn.-wsch. od Molodeczna na drodze ku Ilji.* [4] *Ilja, dziś miasteczko w pow. wilejskim nad rzeką tejże nazwy ok. 20 km. na płd.-wsch. od m. Wilejki.* [5] *Nasiłowo, wieś położona o milę na pn. od Hruzdowa, tuż pod Mołodecznem.* [6] *Może Isłoczka, dziś dobra nad rzeką Isloczą, dopływem Berezyny niemeńskiej, która zwała się także Wisłoczą (Słown. Geogr. T. XIII str. 603).* [7] *Niewiadomo, o jakim kościele tu jest mowa.*

communes nostras apisteria aut pinos apum locanda sine quavis iniuria aut eorum violentia; item quatuor saepes arborum demittere rippis fluminum ad Vilnam ad necessitatem ecclesiae atque suam per dictos homines Rypczyki et ad fabricationem ecclesiae sive domorum eiusdem plebanatus, quantum opportuerit, de sylvis et boris nostris communibus dicto plebano et eius successoribus educere licebit. Item duo tributarii loca sua circa latibula habentes et etiam tertius tributor Brzescienny cum sua terra Brzesniewo, quartus Zacharca, Wolkores et Elizar fratres cum suis terris et tributo decem lapides senarios seu pudos mellis perpetuis temporibus ad festum S. Michaelis annuatim tenebuntur dare et solvere; si autem non habuerint tributum mellis, pro quolibet pudo viginti grossos solvent, et secundum quod forum eius pro tempore extiterit. Dictos vero tributarios et omnes subditos huius ecclesiae ab omni servitio nostro exemptos et liberos facimus. Item dictos tributarios loca sua circa bona nostra Siedliscze habentes, nostri vicesgerentes et factores tenebuntur pro posse defendere, quemadmodum proprios nostrarum curiarum, propter longam distantiam rectoris eorum, ne aliquam violentiam ab extraneis patiantur. Item terram arabilem ad quatuor sttirfa[p] seu aratra nuncupata Syńakowska[8] cum curiola seu praediolo in dicta Sinakowka constructo, ita latam et longam prout ab antiquo est distincta et limitata, una cum pratis et fluviis et decursibus aquarum et earundem utrisque terminis. Pratum vero unum[q] est positum cognomine Pozegadlowo in concursu alias w z a t h o k a c h fluviorum nomine Brzezina[9] et Chochlanka, aliud supra rippam Brzezina nuncupatum Sinakowka ex opposito Lithwa[r]. Item quinque homines laboratores cum suis terris, donationibus, censibus et tributis: primi duo in Wytrocz, unus Siemion Witrowicz, alter Olexa, et prata eorundem hominum, unum pratum nominatum Lvk, incipiens a silva Witerocz[s] usque ad Mikvline[t], alia prata sunt in metis pessularum eorundem hominum; item terram desertam nuncupatam Brzesniewa ad eandem curiolam Sinakowka est pertinens; item alii tres homines laboratores cum suis locis et terris in Hrusdowo[u] positis: primus Pictus, secundus Bithomicz[v] ex opposito ecclesiae, tertius Petrus Czarny versus decursus aquarum supra prata domum habens. Praedicti vero subditi tributum argenteum et alias dationes dare et solvere tenebuntur; et servitia per se bobus, equis et angaria alias t l o k i cum viis agendis alias w p o d w o d a c h tenebuntur perficere et explere, sicut nostri subditi quoque servitia nobis fideliter explent et nostris posteris explere tenebuntur, ita dicti subditi nunc suo rectori et posteris rectoribus omnia obsequia perficere tenebuntur. Item dicto plebano seu rectori ecclesiae cum suis successoribus do et dono tabernam habere et propinationem omnis potus in eadem meis subditis sub poena demandando, propter conservationem servorum ecclesiae et propter habendam ceram ad laudem ecclesiasticam. Item molire in nostro molendino ad quamlibet necessitatem domesticam sine quovis pretio damus et donamus. Item piscationem piscium qualicunque rethe[w] in nostra piscina, et habere obstaculum in fluvio Brzezina [x]et piscationem piscium in utrisque ripis in eodem fluvio nostro Brzezina[x]. Item pabulationem peccorum, pecudum una cum nostris peccoribus et pecudibus in nostris campis et pascuis. Item quatuor marcas latorum grossorum Lituanicorum in Isza et in aliis tributariis ad Isza[10], Danuszewo[11] et Spialicza[12] servientibus, uti Dubnowicze, Starina, Thalicza et Szyncemięta, et has quatuor marcas tenebuntur dare et solvere ad festum Omnium Sanctorum, quarum peccuniarum exactor erit perpetuus senior eorum de Isza; qui senior exigendo peccuniam quatuor marcarum dicto rectori ecclesiae in Hrusdowo vel servo eius ab eo misso debet reddere et solvere; quod si dicti tributarii temeritate aliqua dictam peccuniam noluerint solvere, extunc vicesgerentes curiarum nostrarum Spialicza et Danivszewo suum visorem mittere debent ad

---

293. [p] *Lib. VI odczytuje* sthrifa, *Czart. zaś* schifa, *Lib. M.* sthifa [q] *poprawione inną ręką na* primum [r] Litua *Lib. VI* [s] *poprawione z* Brzesniewo [t] Mikulina *Czart.* [u] Hnisdowo *Czart.* [v] Buthomicz *Czart.* [w] *Lib. VI pierwotnie* retha [x—x] *brak w Czart.*

293. [8] *Ob. objaśnienie na str. 200 przyp. 2.* [9] *Ob. objaśnienie na str. 201 przyp. 4.* [10] *Iża, dziś miasteczko na płd. od jez. Narocz nad rzeką Naroczą.* [11] *Daniuszewo, dziś miasteczko w pow. święciańskim nad rzeką Wilją na płn. od Smorgoń.* [12] *Spiahlica, rzeka wypływająca z jez. Wiszniew i wpadająca do rz. Naroczy. Tu zapewne jest mowa o osadzie tejże nazwy nad tąż rzeką.*

exigendum hunc[y] tributum et per grossum a quolibet temerario cedet. Igitur haec omnia bona haereditaria donata et tributa superius scripta do, dono, adiungo, approprio et incorporo dictae ecclesiae suae parochiali in Hrusdowo et eius rectori moderno et postea pro tempore futuris rectoribus habenda, tenenda, regenda, pacifice et perpetue possidenda et in usus ecclesiae et proprios convertenda, cum omnibus usibus, fructibus, proventibus ac universis iuribus, utilitatibus, inventis ac postea per rationem humanam inveniendis, adductis vel adducendis, nichil iuris, dominii ac proprietatis in dictis bonis (uti praemissum est ecclesiae dictae datis et donatis)[z] pro me et pro meis successoribus reservando. Acta haec sunt et data in domo nostra in Hrusdowo, idus per se octobris, hoc est quindecima die usuali, anno Natalis Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Quarum rerum et actuum in testimonium sigillum meum est appensum. Praesentibus testibus magnifico domino Olechnone Svdzimądtowicz[aa], generosis ac nobilibus domino Bogdan Rakuciewicz[bb] de Radzilowo, Gregorio Pluskone et Joanne Danilowicz, et aliis quam pluribus testibus existentibus specialiter ad hoc rogatis et vocatis. *(Pod zakładką z prawej strony, być może tą samą ręką, ale innym atramentem i innym duktem):* Laurentius Vssynski scriba curiae suae magnificentiae et notarius publicus sst.

294.

Wilno, 3 listopada 1475.

Piotr Gasztowtowicz wraz z żoną Katarzyną i córką zapisują kościołowi franciszkańskiemu NMP. w Wilnie na Piaskach dziesięcinę zbożową z dwóch dworów Byala *i* Szryebna *po trzydzieści beczek rocznie, z obowiązkiem odprawiania trzech mszy cichych tygodniowo o odpuszczenie grzechów, do NMP. i za zmarłych, a po ich śmierci do czynienia za ich dusze wypominków.*

Jan Dagirdowicz dzierżawca Merecza, czując się chorym, wzmacnia uposażenie kościoła we wsi swojej Widzach, nowowybudowanego i już konsekrowanego, nadając dwóch ludzi osiadłych z ich potomstwem, posiadłościami, daninami i powinnościami; garniec miodu z Szabasowic; dziesięcinę wszelkich zwierząt domowych, wyjąwszy koni.

Or. brak.
Kop. Tyszk. k. 8—8' nr 8.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ego Joannes Dagirdowicz[1] tenutarius in Myeracz[2], licet tunc langwens corpore tamen compos racione, significo tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quomodo considerans et in animo meo revolvens ec(c)lesiam parrochialem et eius rectorem in villa mea Wydzie[3], noviter per me constructam et dedicatam, ex donacione mea privilegiali priori non esse contentos neque debite dotatos, volens insuper eam cum suo rectore et ministris ipsius in presenti prosequi favoribus, eedem ęc(c)lesie et rectori nunc et inpost existentibus damus, adicimus, incorporamus, appropriamus, confirmamus et donacione perpetua et irrecuperabili temporibus affuturis duos homines possessionatos cognominibus hiis nominatos, primum Sthepanowicz, secundum Sewrykowicz cum ipsorum posteris necnon terris, campis, pratis, silvis, censibus, laboribus et aliis quibusvis dacionibus, solucionibus et obvencionibus universis, prout eosdem solus tenui, habui, nichil pro me et successoribus meis iuris, dominii et proprietatis penitus reservan(tes); item pullam de melle, de tributo de Szabasszowicze[4] provenien(te); item et decimam de omnibus pecoribus et pecudibus que generantur, equis duntaxat exceptis, eciam damus, appropriamus donacione perpetua et irrevocabili temporibus perpetuis valitur(a). In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Wylne, feria secunda Carnisprivii anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

317.

Rzym, 27 sierpnia 1481.

Prekonizacja Andrzeja na biskupstwo wileńskie, dokonana na konsystorzu tajnym na przedstawienie arcybiskupa Rouen.

Zapisek w Archiwum Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 82 k. 102' z zapiskiem na lewym marginesie: Wilnen(sis).

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 32.

Die lune XXVII augusti[a] idem sanctissimus dominus noster in suo consistorio secreto ad relationem reverendissimi domini Rothomagensis[1] providit ecclesie Wilnensi

316. [1] *O tym Janie (Hanuszu) Dowgirdowiczu ob. wyżej str. 372 przyp. 1.* [2] *Merecz, (ob. wyżej str. 371 przyp. 1).* [3] *Ob. objaśnienie wyżej str. 372 przyp. 2.* [4] *Miejscowość nieodgadniona.*

317. [a] Agusti *Or.*

317. [1] *Wilhelm de Estouteville benedyktyn, kardynałem mianowany 18 grudnia r. 1439 (razem z Oleśnickim), arcybiskup Rouen 1453—1483 i camerarius S. Collegii (Eubel, Hierarchia Catholica T. II² str. 8, 58 i 225).*

de persona reverendi patris domini Andree ..[b], preficiendo eum in episcopum et pastorem, vacanti per obitum ultimi episcopi extra Romanam Curiam defuncti.

318.

Rzym, 27 sierpnia 1481.

Papież Sykstus IV Andrzejowi elektowi wileńskiemu, mianowanemu przez siebie biskupem wileńskim, zezwala na jego prośbę przyjąć sakrę biskupią od biskupa katolickiego, którego sobie wybierze w obecności dwóch lub trzech innych biskupów po złożeniu zwykłej przysięgi wierności papieżowi i Kościołowi Rzymskiemu, której też formułę zamieszcza, z nakazem odesłania jej odpisu pod własną pieczęcią przez osobnego wysłańca do Rzymu. Przysięgę tę ma złożyć pod zagrożeniem kar kościelnych a nie ma ona naruszać praw arcybiskupa gnieźnieńskiego, któremu kościół wileński podlega jako swemu metropolicie.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy pięknie zachowany, pergamin średniej grubości 54 × 32·5 + 7·5. — Po pieczęci pozostał tylko sznurek konopny. — Wiersze tekstu ponumerowane z lewej jego strony w wieku XIX, oczywiście przez M. Herburta. — Pod tekstem A) zapiski kancelaryjne: 1) z prawej strony ręką pisarza Concordat; *2) obok na marginesie bocznym z prawej strony znak kancelaryjny w kształcie wydłużonego* R; *3) z lewej strony pod zakładką* Aug(ustus), *obok na prawo pod samym tekstem* XXVIII G. bonidies, *niżej* N. de Tongues; *4) na zakładce z prawej strony:* pro B. de Maffeis fert. 1, pro Consalio fert. 1, residui pro Ricardo*(?)*; *5) poniżej ręką pisarza* Sinolfus. *Na odwrociu zapiski kancelaryjne: 1) na środkowem złożeniu:* R(egestrata), *w tej literze u góry tą samą ręką litera* L; *2) u dołu zapisek zdaje się inną ręką* de Restis pro A. de Petra; *3) niżej odwrócone inną ręką* A. de Urbino; *4) na lewem dolnem złożeniu* G. de la Fiera*(?)*. *B) zapiski archiwalne: 1)* Bulla consecrationis et iuramenti forma Andreae episcopi Vilnensis *(wiek XVI); 2) poniżej powtórzone to samo w w. XVII z dołożeniem daty* 1481, n° 19. I; *3) nadto sygnatura* N° 6[to] *(w. XVIII).*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 64 (z Archiwum Diecezjalnego).

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Andree electo Vilnensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos hodie ecclesie | Vilnensi pastoris regimine destitute de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi | in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur[1], nos igitur ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabiliter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus | inclinati, tibi, ut a quocunque malueris catholico antistite gratiam et communionem apostolice Sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas ac eidem antistiti, ut recepto prius per eum nostro et Romane Ecclesie nomine a te fidelitatis debite solito iuramento iuxta formam presentibus annotatam, munus predictum auctoritate nostra im-

317. [b] *miejsce próżne na jeden wyraz*

318. [1] *Bulla ta prowizyjna papieża Sykstusa IV nie jest znana.*

pendere tibi possit, plenam et liberam concedimus earundem presentium tenore facultatem. Volumus autem et auctoritate predicta statuimus et decernimus, quod si, non recepto a te per ipsum episcopum dicto iuramento, idem antistes munus ipsum tibi impendere et tu illud suscipere presumpseritis, dictus antistes a pontificalis officii exercitio et tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium quam temporalium ecclesiarum nostrarum suspensi sitis eo ipso. Preterea volumus, quod formam huiusmodi a te tunc prestiti iuramenti nobis, de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinare procures, quodque per hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur. Forma autem iuramenti, quod prestabis, hec est:

»Ego Andreas electus Vilnensis ab hac hora inantea fidelis et oboediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane Ecclesie et domino nostro domino Sixto pape IIII suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore; consilium vero, quod michi credituri sunt, per se aut nuntios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice Sedis in eundo vel redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura, honores, privilegia et auctoritatem Romane Ecclesie, domini nostri pape et successorum predictorum conservare, defendere, augere et promovere curabo; nec ero in consilio vel in facto seu in tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicalia personarum, iuris, honoris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque tractari novero vel procurari, impediam hoc pro posse et quantocitius potero commode, significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo, et faciam ab aliis observari Hereticos, scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis bienniis, ultra vero montes singulis trienniis per me ipsum visitabo; et si post primam visitationem personaliter factam aliquo legitimo impedimento prepeditus personaliter venire non potero, per aliquem fidum nuntium de gremio mee Vilnensis ecclesie aut alium in dignitate constitutum seu alias personatum habentem et de statu ecclesie bene instructum, qui vice mea apostolico conspectui se presentare et de legitimo impedimento huiusmodi saltem per iuramentum legitimum fidem facere teneatur, id adimplebo. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo vel aliquomodo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei Evangelia«.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, sexto kalendas septembris, pontificatus nostri anno undecimo.

319.

Rzym, 31 sierpnia 1481.

Papież Sykstus IV wikarjuszowi generalnemu bernardynów prowincji polskiej (Marjanowi z Jeziorka) i przez niego delegowanym tegoż zakonu nadaje

władzę przyjmowania na łono Kościoła Greków, Rusinów, Wołochów, Ormian, wszystkich schyzmatyków i heretyków oraz innych niewiernych na Litwie, Żmudzi, Rusi, Wołoszczyźnie, w Scytji, Tartarji i we wszystkich ziemiach pogańskich według bulli florenckiej papieża Eugenjusza IV, tudzież rozgrzeszania ich od wszelkich cenzur i kar kościelnych, dyspensowania ich duchownych od nieprawidłowości i przywracania ich do urzędów, nadając im te same przywileje i łaski, jakie bracia tegoż zakonu w Ziemi Św. i Bośni byli otrzymali od poprzednich papieży.

Or. brak.

Kop. 1. Biblioteca Nazionale w Florencji, rękopis II, III 256, zawierający Sixti IV Epistolae 1481—2 *(t. j. minuty brewjów), k. 7'—8. Na lewym marginesie tą samą ręką:* L. Grifus, *niżej inną ręką:* Datur facultas fratribus infideles recipiendi ad unitatem fidei, absolvendi etc. — *2. Transumpt w bulli pap. Innocentego VIII z 19 czerwca r. 1487 dla bernardynów prowincji polskiej* »Ea que per predecessores nostros«, *z opuszczeniem tylko ustępu o bulli florenckiej (ob. niżej pod tą datą).*

Wyd. Wadding L., Annales Minorum T. XIV ed. 2-da str. 369 z uwagą: Ex Mon. Mss. Prov. Pol.

Reg. Jana z Komorowa Memoriale ord. Fratrum Minorum w Mon. Pol. Hist. T. V str. 230, gdzie czyta się: ...pater Marianus, finito capitulo generali, perrexit Romam et obtinuit a Sixto quarto binum breve pro reconciliandis et suscipiendis hereticis et scismaticis. In quibus etiam continetur, quod fratres Polonie in partibus scismaticorum et paganorum gaudent privilegiis Terre Sancte et Boznensium et concilium Florentinum de suscipiendis prefatis et baptismo Grecorum cum sigillo pape transsumserat, que privilegia in locis Littwanie et precipue in Vilna habentur *(ob. nadto tamże str. 259/60).*

Vicario generali ordinis Minorum de observantia provincie Polonie.

Dilecte fili. Salutem etc. Cupientes pro pastorali officio nostro barbaras omnes nationes et a christiana religione abhorrentes, relicto pravitatis et infidelitatis errore, quem sectantur, ad fidei catholice unitatem converti, ac considerantes, quod tu et alii a te deputandi tui ordinis fratres hoc melius facere et sanctum hoc opus exequi poteritis, quo maiori ad id fueritis facultate suffulti, tenore presentium tibi et quibuscunque aliis idoneis personis a te deputandis ceterisque tui tantum ordinis et observantie, qui sponte inter infideles ire voluerint, necnon confessoribus inter scismaticos aut alios infideles constitutis, utputa in Lituania, Samogethia[a], Russia, Valachia, Scythia, in Tartaria ac in omnibus terris scismaticorum, paganorum et quorumcunque infidelium permanentibus facultatem damus recipiendi (ad) unitatem fidei sancteque Ecclesie gremium Grecos, Ruthenos, Valacchos, Armenos et omnes scismaticos, hereticos et apostatas aliosque infideles, et eosdem, postquam ad fidei unitatem iuxta formam litterarum per fe(licis) re(cordationis) Eugenium IIII papam, predecessorem nostrum, in concilio Florentino traditarum conversi erunt, absolvendi ab omni vinculo excom(m)unicationis tam maioris quam minoris ac suspensionis, interdicti aliisque censuris et penis ecclesiasticis, necnon a simonia et quocunque perpetrato homicidio ac ab omnibus aliis criminibus, excessibus et delictis, etiam si talia essent, per que Sedes apostolica merito veniret consulenda; preterea cum presbiteris clericisque omnibus id humiliter petentibus dispensandi super omni irregularitate, exceptis voluntario homicidio, bigamia et mutilatione membrorum; preterea etiam reponendi et restituendi eos ad officia, beneficia, honores ac dignitates. Decernentes ac de-

319. [a] Gamogethia *Kop. 1*

clarantes, quod tam tu, quam alii fratres provincie Polonie in terris et dominiis prefatis existentes tui ordinis omnibus et singulis privilegiis, gratiis et indultis, per nos et predecessores nostros R(omanos) Pont(ifices) aut alias quomodolibet locis et fratribus ordinis Mi(norum) in Terra Sancta et in provincia Bosne concessis frui, uti et gaudere possitis et valeatis, ac si vobis specialiter et expresse concessa essent; eorum tenores et continentias, ac si de verbo ad verbum presentibus inserti essent, pro sufficienter expressis habendo, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die ultima augusti 1481, anno XI^{mo}.

320.

Rzym, 31 sierpnia 1481.

Wydanie bull prekonizacyjnych biskupa wileńskiego Andrzeja z daty 27 sierpnia r. 1481 na ręce Piotra z Wilna kanonika wileńskiego, po uiszczeniu przez niego należnych kwot.

Zapisek w Archiwum Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 84 A. (308) k. 74' z zapiskiem na lewym marginesie inną ręką: Vilnen(sis), *a poniżej tą samą ręką:* solvit; *na prawym zaś marginesie:* Cardinales XIIII.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 33.

Die ultima augusti dominus Petrus de Vilna canonicus Vilnensis, ut principalis et privata persona, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reverendissimorum dominorum cardinalium nomine reverendi patris domini Andree electi Vilnensis, pro communi servitio dicte Vilnensis ecclesie, ratione prefectionis de persona ipsius electi ad ipsam ecclesiam Vilnensem auctoritate apostolica per bullas domini Sixti sub data VI^{to} kalendas septembris anno undecimo facte, florenos auri de camera quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata referitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem etc.

Dicta die bulle dicte ecclesie date fuerunt dicto domino Petro pro eo, quia docuit per cedulas depositarum solvisse eadem minuta et omnia alia iura debita etc.

321.

(Rzym), 3 września 1481.

Wykaz taks kancelarji apostolskiej za bulle prowizyjne Andrzeja biskupa wileńskiego.

Tekst w Archiwum Watykańskiem, Archivio di Stato (Skarbowe), C. Miscell. Libri compositionum T. III (nowa sygnatura T. 1898) k. 98' z zapiskiem na lewym marginesie tą samą ręką: pro Electo Vilnensi *i podpisem przy końcu spisu:* Marinus.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (II) str. 159.

Expense facte in bullis ecclesie Vilnensis pro domino Andrea electo.

In primis abreviatori, qui fuit in turno	d.	2 gr.	—
Alteri abbreviatori, qui propter infirmitatem turnalis expedivit et pro minuta	d.	1 gr.	—
Scriptori	d.	14 gr.	3

Abbreviatoribus de parco minori	d. — gr. 7
Concordanti	d. — gr. 1
In taxa abbreviatorum	d. 10 gr. —
Prothonotariis	d. 4 gr. —
Custodi	d. 3 gr. 3
Ostiario	d. — gr. 5
Famulo custodis pro cordula	d. — gr. 2
Pro altera cordula	d. — gr. 4
In plumbo	d. 9 gr. 2
Familiaribus	d. — gr. 5
Magistris	d — gr. 7
In registro	d. 13 gr. 2
Registratori	d. 1 gr. 4
Pro minuta S. Collegii et minutis servitiis	d. 64 gr. 5
Pro obligatione	d. 1 gr. 1

Pro sollicitatore nihil.

Die III septembris dominus Petrus canonicus Vilnensis sollicitator iuravit etc.

322.

Wilno, 30 maja 1482.

Anna córka ś. p. Jana Wiazowicza wojewody trockiego, a żona Piotra Janowicza z Iwia marszałka królewskiego i starosty bracławskiego, zapisuje kaplicy św. Trójcy w kościele (katedralnym) wileńskim, ufundowanej i uposażonej przez zmarłego jej wuja Stanisława Sędziwojowicza z Dziewałtowa wojewodę trockiego, który w niej leży, a mającej sześciu kapelanów: dwanaście kamieni wosku corocznie na światło; na stałą fabrykę kaplicy oraz domu jej kapelanów ludzi do roboty zarówno z dóbr swoich jak i wielkoksiążęcych, poddając ich pod zupełną władzę biskupa.

Or. brak.

M. A. *Kop. Lib. VI k. 131'—132 w transumpcie króla Zygmunta I z 28 czerwca r. 1535.*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 65.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Anna filia olim magnifici Joannis Wiazowicz[1] palatini Trocensis, consors vero magnifici domini Petri Janowicz de Iwie[2] marschalci et capitanei in Braclaw, significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris: Quod dum olim magnificus Stanislaus Sandziwoiewicz de Dauiltowo palatinus Trocensis[3], avunculus noster adhuc agens in humanis, volens bonorum suorum mobilium et immobilium quae possederat[a] debitum ordinem facere, ut post mortem ex eis fructum animae suae consequen-

322. [a] *pierwotnie* possiderat

322. [1] *Iwaszko Wiażewicz namiestnik smoleński 1459—1466, a następnie wojewoda trocki (ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich i t. d. w Mies. Herald. T. VI [1913] str. 189 oraz Wolff J., Senatorowie WXL.. str. 50).* [2] *Piotr Janowicz Montygierdowicz marszałek król. i namiestnik brasławski już w r. 1480 (ob. o nim Wolff J., Senatorowie str. 175).* [3] *Ob. o nim wyżej na str. 301 przyp. 2.*

tur salutarem, salubri fretus deliberatione suos vero legitimos et indubitatos testamenti et ultimae voluntatis fidei commissarios fecit, constituit et ordinavit, videlicet serenissimum principem et dominum dominum Cazimirum Dei gratia regem Poloniae, magnum ducem Lituaniae, Russiae, Prussiae Samogitiaeque etc. dominum et heredem, et olim reverendissimum in Christo patrem dominum Joannem episcopum Vilnensem tunc vivum, qui quidem fidei commissarii volentes oneri eius credito et dicti Stanislai Sandziwoiewicz ultimae voluntati satisfacere, in capella Sanctae Trinitatis in ecclesia Vilnensi [4] per dictum dominum Stanislaum testatorem a fundamentis erecta, versus meridiem sita et iacente, ubi etiam eius corpus humatum, nostro et consortis nostrae consensu accedente sex presbyteros seu capellanos perpetuo erexerunt et dotaverunt, prout in literis originalibus [5] desuper confectis plenius continetur. Ultra tamen illam dotationem pro capellae praefatae necessitatibus et ipsorum capellanorum sustentatione nos Anna praefata de certa nostra scientia et matura nostra deliberatione, freti nostrorum amicorum consilio, de bonis nostris, villis et possessionibus, quorum nomina volumus habere pro expressis, tanquam de verbo ad verbum fuissent hic descripta, in quae post mortem praefati olim domini Stanislai Sandziwoiewicz avunculi nostri successimus, pro dictae capellae luminibus tenebimur nos et nostri successores, huiusmodi bonorum possessores, duodecem lapides cerae purificatae librae Vilnensis quolibet festo Purificationis Beatae Mariae Virginis dare effective et in manus praedictorum capellanorum reponere perpetuis temporibus et in aevum Item tenebimur et obligabimur et successores nostri, possessores huiusmodi bonorum, quae [b] in sortem nostram cesserunt, pro reformandis ruinis, structuris et aedificiis, toties quoties opus fuerit et necessarium, tam dictae capellae quam etiam domus ipsorum capellanorum homines nostros ad laborandum una cum hominibus serenissimi principis regis Poloniae et magni ducis Lituaniae, qui in sortem suae serenissimae maiestatis cesserunt, quorum etiam nomina volumus hic habere pro expressis, dare et necessaria pro huiusmodi reformationibus ministrare et impensis propriis ordinare. Quae omnia suprascripta tenere, servare et implere promittimus et pollicemur perpetuo et in aevum; submittentes sponte et libere nos et nostros successores bonorum huiusmodi quacunque ratione possessores futuros et incolas bonorum praedictorum ecclesiasticis censuris et poenis per lociordinarium Vilnensem ferendis usque ad sententiam interdicti inclusive, a quibus nec nobis nec successoribus nostris licebit appellare, cuius appellationis et omni iuris remedio exnunc renuntiamus pro nobis et successoribus nostris perpetuo et in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Actum et datum Vilnae, feria quinta ante festum Sanctae Trinitatis proxima anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Praesentibus reverendissimo in Christo patre domino Andrea episcopo, necnon magnificis et generosis Olechno Schudzimentowicz palatino Vilnensi et magni ducatus Lituaniae cancellario, Nicolao Radziwilowicz tenutario in Smolensko et Petro Janowic curiae serenissimi principis domini Cazimiri regis Poloniae et magni ducis Lituaniae marschalco, marito nostro, et aliis fidedignis testibus ad praemissa.

Ausculta(ta) et diligenter collationata haec copia per me Leonardum Gregorii Vir-

---

322. [b] *poprawione z* qui

322. [4] *Prawdopodobnie kaplica ta znajdowała się w ówczesnej katedrze na miejscu dzisiejszego wejścia od strony południowej. Kaplicę pod wezwaniem św. Trójcy, leżącą na tem samem miejscu, wskazuje ks. J. Kurczewski, Kościół Zamkowy I str. 277.* [5] *Przywilej tej fundacji, jeszcze za życia biskupa Jana Łosowicza dokonanej, nie jest znany.*

censti(?) clericum dioecesis Luceoriensis, sacra apostolica auctoritate notarium publicum, et concordat cum suo originali in toto et per omnia, de quo facio fidem hac manu mea propria.

323.

Rzym, 10 lipca 1482.

Papież Sykstus IV do biskupa wileńskiego: ustanawia go wraz z arcybiskupem gnieźnieńskim i biskupem lubeckim wykonawcą bulli swojej, wzywającej biskupów sufraganów kościoła ryskiego oraz wielkiego mistrza wraz z całym Zakonem o danie pomocy przeciwko Bernardowi de Borch landmistrzowi inflanckiemu i przy oddaniu dóbr stołu biskupiego Stefanowi arcybiskupowi ryskiemu.

Wyd. *Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 217/8 nr 237 (ex Reg. Orig. An. XI. Bull. Tom. LXXV fol. 135). W zakończeniu bulli czyta się:* Et nichilominus venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnesnensi et Lubicensi ac Vilnensi episcopis per apostolica scripta mandamus, quatenus *i t. d.*

Reg. *1. Napiersky C. E., Index corporis hist. diplom. Liv. Est. Cur. T. II str. 77 nr 2181 (w liście do arcybiskupa Stefana pod datą 14 lipca). — 2. Lewicki A., Index actorum saec. XV str. 501 nr 4420 (z datą 10 lipca) i 4422 (w liście do arcyb. Stefana z datą 14 lipca).*

324.

Upniki, 15 października 1482.

Mikołaj Radziwiłłowicz dziedzic Upnik uposaża kościół, ufundowany tamże przez jego ś. p. rodzica, zapisując: dziesięcinę wszelkiego zboża z wyjątkiem owsa z dworów swoich w Upnikach i Biguszkach oraz dziesięcinę wszelkiego zboża i ogrodowizny ze Żmujdek i z dworu Szemye*; ośmiu ludzi do służby rządcy tegoż kościoła; pięć kóp groszy litewskich czynszu z karczem; dwie beczki chmielu z swego miasta Kiejdan na rzecz kościoła w Upnikach i jedną beczkę soli; dziesięć pudów miodu z dani w Dubinkach; rolę w Upnikach i cztery łąki; grosz co tydzień z jatek w Upnikach i dziesiątą rybę z jazu tamże; zobowiązuje do odprawiania mszy śpiewanej o Matce Boskiej co sobotę, a w poniedziałek za jego przodków, tudzież aniwersarzy w każde suchedni.*

Or. *brak.*

Kop. *Tyszk. k. 3—3' nr 2 z nagłówkiem:* Privilegium eclesie in Vpnyky.

Reg. *Ks. Mamerta Herburta szczegółowe streszczenie polskie w Cod. Czart. 3516 przy końcu tomu z mylną datą r. 1484 (z* **Kop.** *Tyszk.).*

In nomine Domini amen. Cum nichil sit cercius morte et nichil incercius hora mortis, et unicuique iuxta opera sua eadem mensura, qua mensus fuerit, remecietur, proinde ego Nicolaus Radiuilowicz [1] heres in Wpnyky [2] cum veris heredibus meis cupiens ipsam

324. [1] *Mikołaj Radziwiłłowicz syn Radziwiłła Ościkowicza, w latach 1482—6 namiestnik smoleński, 1488 kasztelan trocki, namiestnik nowogrodzki i bielski, w końcu 1491 wojewoda wileński i kanclerz litewski (ob. Boniecki A., Poczet rodów w WXL. str. 270).* [2] *Upniki nad rzeką Świętą niedaleko jej ujścia do Wilji, 24 km. na płd.-zach. od Wilkomierza.*

horam mortis prevenire piis operibus iudicisque universalis, qui modo mitis est, irrevocabiliter (sententie) operibus misericordie obviare, meique et predecessorum meorum saluti consulere, quod tunc sane et indubitanter credo consequi, cum pro cultu divino et sacris edibus eorumque ministris manus extenderim adiutrices, considerans igitur ec(c)lesiam per genitorem meum dive memorie in Wpnyky fundatam, nondumque ratificatam sive donatam, ego Nicolaus Radiuilowicz de novo do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie me(e) prefate in Wpnyki: primo decimam de Wpnyky ex omni grano avena tantum excepta, secundam decimam de Szemoythky[3] .etiam de omni grano et de ortis nichil excipiendo, terciam decimam de Bygvszky[4] etiam de omni grano excepta avena, quartam decimam de Szemye[5] etiam de omni grano et de ortis, hec omnia in predictis quatuor curiis do, dono, affirmo et ascribo ec(c)lesie mee in Vpnyki; insuper ibidem in Wpnyky do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate octo homines ad servicia rectoris eiusdem ec(c)lesie cum omnibus attinenciis ad servicia spectantibus; eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky quinque sexagenas grossorum censum sive com(m)unis pecunie in terra Littvanie cur(r)entis super tabernis; eciam do, dono, affirmo ascriboque ibidem de Keydany[6] de opido meo duas tunnas humuli pro ec(c)lesia prefata in Wpnyky et unam tunnam salis; eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky dacie mee in Dvbingi[7] decem pudos mellis wlgariter dziesyencz pudow myodv; eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky terram super quatuor aratra wlgariter na czothiri sochi ad seminandum et quatuor prata super tres posiciones feni wlgariter na trzy sthirthi syana. Hec omnia suprascripta do, dono, affirmo ascriboque ecclesie prefate in Wpnyky perpetue et eviterne, volens etiam habere, ut pro sanitate mea genitorumque meorum quolibet sabativo die una missa de Beata Virgine cantabitur et qualibet feria secunda una missa pro animabus predecessorum meorum etiam cantabitur et quolibet quatuor tempore vigilie per rectorem eiusdem ec(c)lesie altaristamque meum ec(c)lesie ac ministros cantabuntur. Eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky qualibet septimana de maccellis unum grossum et decimam piscem de obstaculo meo ibidem in Wpnyky habito. Ut igitur hec omnia robur ac firmitatem donacionis, dacionis, affirmacionis ascripcionisque prefate ec(c)lesie in Wpnyky habeant, iussimus sigillo nostro appenso com(m)uniri. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Datum Wylne, quintadecima die mensis octobris.

325.

Rzym, 7 listopada 1482.

Papież Sykstus IV między innymi dostojnikami duchownymi i świeckimi w Koronie i na Litwie zwraca się i do Andrzeja biskupa wileńskiego z żądaniem udzielenia poparcia ogłoszonej przez siebie bulli krzyżowej przeciwko Turkom, której egzekutorem był Bartłomiej z Camerino, domownik i komisarz papieski.

Wyd. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 219 nr 240 (ex Reg. orig. An. XII Brev. Tom. II f. 232).

---

324. [3] *Żmujdki, miasteczko w pow. wiłkomierskim 15 km. na pn.-wsch. od Wiłkomierza.* [4] *Biguszki, wieś w pow. wiłkomierskim nad jeziorem Ołomsza, o milę na wsch. od Uszpola (nad rzeką Świętą).* [5] *Może Żemianka, dwór w par. Traszkuny w pow. wiłkomierskim (Słown. Geogr. T. XIV str. 774), lub pobliskie Żemejtele w tymże powiecie (tamże).* [6] *Kiejdany, miasto powiatowe nad rz. Niewiażą, dawna posiadłość Radziwiłłów.* [7] *Dubinki, dziś miasteczko w pow. wileńskim, nad jeziorem Oświe, 45 km. na pn. od Wilna.*

326.

B. m., 1482.

Iwaszko Świrbłowicz franciszkańskiemu konwentowi NPM. na Piaskach w Wilnie sprzedaje łąkę nad rzeką Kieną.

Or. Muzeum ks. Czartoryskich, Vol. X str. 46 nr 1214. Dokument pergaminowy, dobrze zachowany, 21·7 × 10·4 + 1·2. — Jeszcze w połowie w. XIX znajdował się on w Archiwum oo. franciszkanów w Wilnie (ob. Kop.). Po pieczęci przywieszonej niegdyś na sznurku z białego jedwabiu (ob. Kop.) pozostało jako ślad tylko nacięcie w pergaminie. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu środkowem z wieku XVIII: N⁰ *(numer wytarty), poniżej:* Venditio prati circa fluvium Kiena Conventui Vilnensi a Domino Iwaszko Oziemplowicz Anno Domini 1482. N⁰ 3 ttio, *niżej:* Sub Litera A; *2) na złożeniu bocznem lewem:* Od. 2, Fas. 1, N. 3; *3) na złożeniu bocznem prawem:* Ludovicus *(nazwisko wytarte, została tylko końcówka* ski*)* 10 junii A. D. 1879. Varsoviae.

Kop. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 18 odpis z połowy w. XIX z dopiskiem: Z oryginału Archiwum OO. Franciszkanów wileńskich na pergaminie, pieczęć oderwana na sznurku jedwabiu białego.

Przekł. polski. Archiwum Kapituły Kat. Wileńskiej. Fascykuł kopij dokumentów franciszkańskich P. Marji w Wilnie w przekładzie polskim z w. XVIII na str. 8 nr 21 z sygnaturą dokumentu: Sub litera AA. N⁰ 3 tio A. 1482. *Wystawca w tym przekładzie nazywa się Iwaszko Oziemplowicz.*

Reg. niedatowany mieści się jako 25 z kolei w ogólnem zatwierdzeniu darowizn i zapisów dóbr klasztoru franciszkańskiego NMP. w Wilnie przez króla Zygmunta I w Wilnie 5 grudnia 1522, przechowanym w oryginale w Bibljotece Polskiej Akademji Umiejętności (ob. o nim wyżej str. 37 Nr 22). Brzmi ten regest: Item literas Iwasko Syerplowycz[a], quibus recognovit pratum circa fluvium Kyani sittum eidem conventui vendidisse.

Sub anno Domini M⁰CCCC⁰ octogesimo secundo noverint singuli et universi, quod ego dominus ac nobilis Iwaszko Szwirplowicz[1], veniens ad conventum ad Sanctam Virginem in Arena, existens sane mentis, vendidi pratum conventui Vilnensi circa fluvium Kena[2] coram testibus nobili domino Nicolao Dorgeuicz et coram ecciam carpenthario Bartholomeo serenissimi regis. Sub meo sigillo.

327.

Wilno, 30 czerwca 1483.

Stefan (Grube) arcybiskup ryski i Stolicy apostolskiej legat de latere na Prusy, Litwę i Inflanty udziela odpustu stu dni wszystkim pokutującym i spowiadającym się, którzy nawiedzą kościół NPM. franciszkanów w mieście Wilnie w święta NPM. (Nawiedzenia, Wniebowzięcia, Narodzenia i Zwiastowania) oraz św. Franciszka, przyczyniając się jałmużną na potrzeby tegoż kościoła, tudzież wezmą udział w wystawieniu i procesji z Najśw. Sakramentem ze świecą w ręku i odmówią ku czci męki Pańskiej pięć „Ojcze nasz" i tyleż „Zdrowaś".

---

326. [a] Szyerplowicz *Metr.*, Syrpłowicz *Trans. 1672*

326. [1] *Niewątpliwie identyczny z Iwaszką Świrbkowiczem, który dnia 15 listopada 1471 nadał franciszkanom wileńskim ziemię nad rzeką Kieną (ob. wyżej str. 320 Nr 274), jako zmarły dnia 26 września 1483 (ob. niżej str. 385 Nr 329).* [2] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 38 przyp. 3.*

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy cienki nieco poplamiony, zresztą dobrze zachowany, 43·5 × 27·5 + 8 cm. — Inicjał wychodzi na margines, pierwszy wyraz wysoką frakturą. — Na sznurku jedwabnym amarantowej barwy wisi pieczęć oprawna współcześnie w drewnianą miseczkę, przez którą przewleczony sznurek; okrągła, średnicy 38 mm., pęknięta na dwoje, zresztą w całości dość dobrze dochowana, wyciśnięta w czerwonym wosku, wyobraża pod gotyckiem podniebiem siedzącą postać Matki Boskiej z koroną na głowie z dzieciątkiem Jezus na prawem ręku, u stóp tarcza herbowa czterodzielna: w pierwszem (prawem górnem) polu krzyż heraldyczny, w drugiem i trzeciem dwa pasy w słup, w czwartem pastorał i krzyż; w otoku napis minuskułą gotycką: Steffanus + d. g. + scte + rig|cñ + ecclē + archiepūs + ‡‡. — *Na odwrociu zapiski: A) kancelaryjna: na złożeniu wewnętrznem* R(egestrata), *w literę tę wpisano u góry literę* Z, *u dołu* ZM. *B) archiwalne: 1) współczesny zapisek tamże:* Indultum pro solennitate cum processione; *2) na złożeniu zewnętrznem z w. XVII:* Indulgentia pro processionibus in festis Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis B. M. Virginis, Sti Francisci. Pro conventu Vilnensi; *3) ręką w. XVIII:* Manus adiutrices; *4)* Nie należy do praw teyszey prow. ruskiey ale do litewskiey ut patet ex suprainscripto *(z przed r. 1819); 5) sygnatury: a) z w. XVI* B. 13; *b) z w. XIX na kartce przymocowanej szpilką:* fasc. 1. 5.

Stephanus[1] miseracione divina alme Rigensis ecclesie archiepiscopus, necnon sancte Sedis apostolice cum potestate | legati de latere per Prussiam, Lituaniam Liuoniamque etc. legatus, universis et singulis utriusque sexus christifidelibus salutem in Domino | sempiternam. Ineffabilia Gloriose Virginis Dei Genitricis Marie meritorum insignia devote consideracionis indagine perscrutantes et | intra nostre mentis archana revolventes, quod ipsa castissimo eius utero, prout nostri status exigebat necessitas, humane salutis auctorem protulit et apud eum, quem maternis lactavit uberibus, sedulas pro nostre fragilitatis expiracione preces effundit, dignum, quynymo pocius debitum reputamus, ut in honorem sui nominis dedicatas capellas et loca alia graciose remissionum prosequamur impendiis et indulgenciarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut ecclesia Beate Marie Virginis conventus Fratrum Minorum Vilnensis civitatis in suis structuris et edificiis debitis reparetur, conservetur et manuteneatur ac libris, calicibus, luminariis et aliis ornamentis ecclesiasticis pro divino cultu magis decenter muniatur et a christifidelibus iugiter veneretur, co(n)gruis quoque frequentetur honoribus, et ut christifideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem et municionem huiusmodi prompcius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos: de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus prefatis vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam huiusmodi in Christifere Marie Virginis Visitacionis, Assumpcionis[a], Nativitatis, Annunciacionis et Sti Francisci festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices; et ut omnes utriusque sexus

327. [a] *nad tym wyrazem jak i obok na marginesie lewym krzyżyk bliskoczesny, oznaczający wezwanie tegoż kościoła franciszkańskiego, którem rzeczywiście było Zwiastowanie NMP.*

327. [1] *Stefan von Grube arcybiskup ryski, przedtem biskup w Troja (w Neapolitańskiem), mianowany w r. 1479, przyszedł do Rygi dopiero 29 lipca 1483 i umarł rychło potem 21 grudnia tegoż roku (por. Napiersky C. E., Index corporis hist. dipl. Liv. Est. Cur. T. II str. 357). O pobycie jego na Litwie w sprawach granicznych między Zakonem a Litwą zob. Daniłowicza I., Skarbiec dipl. T. II str. 221 nr 216 i 217 pod r. 1483, tudzież Lewickiego A., Index actorum saec. XV, pod tymże rokiem str. 503/4 nry 4436—4451.*

christifideles ad huiusmodi graciam et remissionem suscipiendam toto mentis affectu se preparare studeant, instituimus et volumus per presentes auctoritate nostre legacionis qua fungimur, quod hiis singulis diebus festivitatum predictarum venerabile sacramentum Eukaristie corporis et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, qui de hoc mundo transiturus ad Patrem ad passionis sue et mortis memoriam carnem suam in cibum et sangwinem suum in poculum exhibuit populo christiano, quo nos spiritualiter reficit, in quadam monstrancia, accensis candelis, cum processione, cantu ac debitis reverencia et honore de ciborio per circuitum ecclesie predicte honorifice portatur, exinde in altari usque ad finem misse ab omnibus christifidelibus adorandum collocatur, et post finem misse ad ciborium seu sanctuarium predictum ipsum gloriosum Sacramentum cum magno honore reportatur, quicumque extunc circuitu huiusmodi interfuerint, candelam accensam in manibus portaverint ac ob reverenciam passionis Domini nostri Ihesu Christi quinque »Pater noster« et totidem »Ave Maria« devote oraverint, pro singulis festivitatum earundem diebus, quibus hoc fecerint, centum dies de iniunctis eis poenitenciis misericorditer in Domino auctoritate predicta relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Constitucionibus et consuetudinibus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum in civita(te) Vylnensi, ultima die junii anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno duodecimo, nostro subappenso sigillo.

Pod zakładką z lewej strony własnoręcznie: Ad mandatum reverendissimi domini archiepiscopi et legati venerabilis Thomas[b] M...[c] secretarius manu propria subscripsit.

328.

Rzym, 1 września 1483.

Marcin syn Jana kleryk diecezji wileńskiej uprasza papieża Sykstusa IV o prowizję na kapelanję czyli altarję NMP. w kolegjacie św. Mikołaja w Kaliszu, wakującej po śmierci Stanisława z Wielunia, której patronat należy do rady miasta Kalisza, na co papież udziela swej zgody.

Kop. Archiwum Watykańskie, Reg. Supplicationum T. 821 k. 25 nr 2.

(Ekscerpt:) Supplicat... Martinus Johannis clericus Wilnensis diocesis, quatenus sibi... de capellania seu altari tituli Beate Marie Virginis in ecclesia S. Nicolai collegiata in civitate Calisch... Gnesnensis diocesis, cuius fructus etc. trium marcarum argenti non excedunt, per obitum... Stanislai de Wyelun... in Romana Curia defuncti, vacante, que de iure patronatus prefate civitatis Calisch proconsulis et consulum... existit,... providere... dignemini...

Concessum ut petitur.

Datum Rome apud S. Petrum, kalendis septembris anno XIII.

329.

Wilno, 26 września 1483.

Zofja inaczej Sońka, z polecenia swego zmarłego męża Iwaszka Świrbłowicza, za jego duszę i za swoją po swej śmierci oraz wszystkich przodków obojga,

327. [b] Thomae *w tekście* [c] *tak w tekście*

zapisuje ojcom franciszkanom w Wilnie u NPM. na Piaskach dziesięcinę płodów z swego dworu Dubnik.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, cienki, małego formatu 17 × 12 + 1·3 cm. — Inwokacja grubą frakturą z inicjałem na wysokość całego tekstu. — Na pasku pergaminowym wisi pieczęć wyciśnięta w zwykłym wosku, okrągła, średnicy 21 mm., wyobraża jakoby twarz ludzką w profilu zwróconą w prawo, w otoku napis nieczytelny. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem zapisek współczesny, wyblakły i w w. XVIII na nowo przeciągnięty: Littera super decimam de buyniky *(sic); 2) na złożeniu spodniem z w. XVII:* A⁰ 1483 Literae a Zofia pro curiola dicta Dubniki; *tąże ręką podkreślona w tekście nazwa* Dubniki *i data roczna z dodatkiem na marginesie cyfry* 1483; *3) sygnatury: a)* A. 71 *(jedynka niepewna) przekreślone (w. XVI); b)* Sub N⁰ 27 *(w. XVIII); c)* N⁰ 65tto *(w. XVIII); d)* Sub littera Nn *(w. XVIII); e)* Od: 5 *(poprawione z 4)*, Fas: 1, N: 16 *(poprawione z 17) (początek w. XIX).*

Kop. Tamże transumpt króla Zygmunta III w Krakowie 2 czerwca 1595, dochowany w oryginale oraz w transumpcie Jana Kazimierza w Grodnie 20 lipca 1653, w obu z przekształconem imieniem Nobilis Zophiae alias Gonyka *i pisownią nazw* Szwirblowicz, Dubniki, Dubniky.

In nomine Domini amen Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, lecturi et audituri, quod ego nobilis Zophia alias Sonyka ea, que habui in co(m)mis(s)o vivente nobili marito meo dicto Ywaschko Szwyrblowycz [1] facere pro anima sua, et demum, me decedente de hoc ergastulo carnis, simul animabus nostris duximus equali animo, ut pro animabus nostris sit perpetua memoria et post vitam nostram merces ab Omnipotenti Deo collata in celis, videlicet asscribi decimam frugum de curia nostra dicta Dvbnyky [2] perpetuis temporibus duraturis fratribus ordinis Minorum Vylne ad Sanctam Mariam in Arena Domino famulantibus, similiter et pro animabus omnium nostrorum predecessorum. Ipsi vero fratres tam presentes quam futuri tenentur pro nostris animabus exorare Deum Omnipotentem temporibus eviternis. Datum et actum in conventu Vylne ad Beatam Virginem in Arena, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octoagesimo tercio Presentibus pluribus viris fidedignis, in cuius rei testimonium sigillum presentibus est subappensum. Fratres vero debent decantare duas missas in ebdomada, unam pro sanitate et aliam pro animabus demum nostris et pro animabus nostrorum predecessorum. Datum Vylne, anno Domini ut supra feria sexta in vigilia Translationis sancti Stanislai gloriosissimi martyris etc.

330.

(Rzym), 9 listopada 1483.

Papież Sykstus IV ustanawia szlachetnego Stanisława kanonika wileńskiego biskupem łuckim po śmierci Marcina.

Zapisek w Archiwum Watykańskiem, Oblig. et Solut. T. 82 k. 116 (nowa folj. 144); na lewym marginesie tą samą ręką Luceorien.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 32.

Die VIIII^a^ novembris idem sanctissimus dominus noster ad relacionem rev^mi^ domini Agriensis providit ecclesie Luceoriensi de persona reverendi patris domini Stanislai

329. [1] *Ob. o nim wyżej str. 383 Nr 326.* [2] *Dubniki, wieś i dwór pod Wornianami, 41 km. na wsch. od Wilna.*

canonici Vilnnensis[1] de nobili genere procreati, vacanti per obitum domini Martini ultimi episcopi extra Romanam Curiam deffuncti etc.

331.

(Uszakowo), 1483.

Radziwiłł Jadogowicz ufundowany przez siebie ołtarz w swoim kościele w Uszakowie uposaża na rzecz rządców tegoż ołtarza, nadając: ziemię, obejmującą cztery pola wyszczególnione wraz z łąką; dziesięciny wszelkiego zboża, bydła, drobiu i nabiału z dworu Narocz; ośmiu ludzi imiennie przytoczonych z ich robocizną i daninami szczegółowo określonemi; ze służby kobietę ze synem a po śmierci swej żony czworo sług; zobowiązuje plebana lub wikarego do odprawiania co tydzień dwóch mszy, jednej za zmarłych, drugiej o odpuszczenie grzechów.

Or. brak.

Kop. Tyszk. k. 13'—14 nr 15 z nagłówkiem Wschakowo.

Uw. Nadanie tegoż Radziwiłła Jadogowicza na kościół w Uszakowie z 13 stycznia 1460 ob. wyżej na str. 259 Nr 232 w ustępach 3 i 5. W tym to dokumencie występują jako nadawcy niektórzy przywiedzeni tutaj świadkowie.

In nomine Domini (amen). Ad perpetuam rei memoriam. Cum nichil cercius morte et nichil incercius hora mortis, in qua unicuique eadem mensura, qua mensus fuerit, remecietur, proinde ego nobilis Radiuil Jadogowicz, predecessorum nostrorum successorumque salubrius saluti occur(r)ere cupiens et a Deo Omnipotenti mercedem consequi volens, altare in ecclesia dicta Wschakow[1] hereditatis et collacionis mee ad laudem et honorem Dei Omnipotentis erexi et fundavi. Volens autem, ut predictum altare certis donetur et dotetur stipendiis, rectoresque pro tempore existentes propriis gaudeant emolimentis quibus potiri valeant, et primo eidem altari et rectori eius pro tempore existenti do, inscribo, assigno, attribuo, ap(p)roprio, incorporo et irrevocabiliter et perpetue ascribo terram ad decem boczkas et pratum w Maslyesyanyathacz[a] ubi stabat pvnya[b], primum agrum sive campum circa ec(c)lesiam iacentem ubi dvorzecz; secundum campum w Dvbrowach, tercium campum circa sosyenka; quartum campum penes curiam meam alias syedlyschcze una cum prato hactenus et hucusque, prout solus habui, tenui, possedi. Decimam vero in curia mea videlicet Norocz[2] eciam subscribo et do de omni grano, quod in terra seminatur, et de omnibus pecoribus et pecudibus et eciam perworodne srzebye in duabus curiis, caseis, butiro, de pullis autem et de avibus quotcunque venari possunt. Deinde vero octo homines, videlicet villanos nominatim, primum Danylo Syemyenowicz ibidem cum ipso Bohdanyecz in Swyrany cum omni labore et proventibus et dominio et successoribus, prout solus habui et tenui, de melle pud; secundum nomine Stanislaum Alexeyovicz et legittimis ipsius cum proventibus, videlicet

---

330. [1] *Stanisław kanonik wileński (ob. X. Fijałek J., Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 166 przyp. 1).*

331. [a] *tak w tekście* [b] *glossa przytem na marginesie ręką ks. Herburta:* gumno

331. [1] *Uszakowo ob. objaśnienie wyżej str. 258 przyp. 1.* [2] *Narocz ob. objaśnienie str. 259 przyp. 5.*

dwa besmyany mellis, dvye daklye siliginis, centum lini, tres grossos et laboribus; tercium Ankas cum omni labore et legittimis eorum; quartum Mylonowicz cum legittimis ipsius et proventibus, videlicet thry besmyany mellis, centum lini, dwye dzaklye siliginis, dimidium quintum grossum; quintum Lvpko cum legittimis ipsius, labore proventibusque tres grossos, dvye dzaklye siliginis, centum lini, thrzy besmyany mellis; sextum Hrycz cum legit(t)imis ipsius, labore et proventibus, videlicet quinque pudos mellis, centum lini, dvye dzaklye siliginis; septimum Nicolaum w Dochosyemyathach cum omni labore et servicio; octavum Oweczka cum legittimis ipsius, labore et servicio, nichil in eis reservando legittimis et successoribus meis. De familia obnoxia do et inscribo mulierem cum filio suo Lvkyriam; post decessum uxoris mee quatuor de patrimonio meo proprio. Ita tamen quod exinde et propter premissa qualibet septimana singulis annis per plebanum pro tempore existentem aut viccarium due misse legantur, una pro defunctis, alia pro peccatis. Coram testibus ad hoc vocatis: primum Andream fratrem germanum, nobilem Jacobum Raczovicz, honorabilem Mathiam plebanum in Danyschewo, ducem Domunth, Jacobum fratrem germanum de Swyr, nobilem Stanislaum Thrzczyen, Joannem Jurgyowicz, et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum meum est presentibus appensum. Datum et actum in curia mea, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

332.

B. m., ok. 1483.

Marcin (II) biskup miednicki konsekruje kościół franciszkański NMP. w Wilnie na Piaskach.

Or. brak.

Uw. Że dokument tejże konsekracji przez biskupa żmudzkiego Marcina był wydany, należy wnosić ze wzmianki ks. Antoniego Grzybowskiego w dziełku »Skarb nieoszacowany OO. Franciszkanów Litewskich« wyd. I b. d. (1740) str. 134/5: »jest dokument, że (kościół ten) od Marcina biskupa miednickiego to jest żmuydzkiego był konsekrowany, który był biskupem po roku 1421«. Trzech było biskupów miednickich imieniem Marcin w w. XV: 1) Marcin I w połowie w. XV, znany jedynie z Kojałowicza »Miscellanea rerum ad Statum Ecclesiasticum in M. L. D. pertinentium« (Wilno 1650) str. 84 a za nim ks. Wołłonczewski, Biskupstwo Żmujdzkie str. 32 § 42; miał zasiadać na biskupstwie pół roku, zresztą o działalności jego nic niewiadomo; 2) Marcin II »ze Żmudzi« został biskupem 21 lutego 1483, zmarł przed 8 paźdz. 1492 (Eubel, Hierarchia Cath. T. II² str. 188); 3) Marcin III syn Jana z Wilna, bezpośredni jego następca w latach 1492—1515 (tamże) poprzednio archidiakon wileński od r. 1481 (ob. ks. Fijałek J., Uchrześcijanienie Litwy str. 164/5), znana wybitna osobistość w dziejach Litwy. Z uwagi, że w r. 1483 sypią się nadania na rzecz kościoła franciszkańskiego, wolno przypuszczać, iż spowodowane one były z okazji uroczystości konsekracyjnych.

333.

Wilno, 1483.

Aleksy inaczej Olechno Wołczkowicz wraz z żoną swą Barbarą O. Janowi wikarjuszowi i braciom konwentu franciszkańskiego NMP. w Wilnie, pole swoje nad rzeką Kieną częścią sprzedaje za półczwarta kopy groszy a częścią daro-

wuje, z obowiązkiem modłów o zdrowie swoje a po śmierci za duszę swoją i swoich drogich.

Or. *brak; istniał on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum franciszkańskiem w Wilnie, był na pergaminie »z pieczęcią na takiejże taśmie oderwaną« (ob.* **Kop.***).*

Kop. *Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 20; odpis M. Malinowskiego z oryginału, zmodernizowany lecz z zaznaczeniem wymiaru poszczególnych wierszy.*

Przekł. *polski z drugiej połowy w. XVIII (ok. r. 1772) w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w fascykule kopij dokumentów franciszkańskich u N. P. Marji na Piaskach w Wilnie str. 1 nr 1 z sygnaturą dokumentu:* Sub. lit. AA. N⁰ 5to A⁰ 1483 *z dopiskiem obok na marginesie inną współczesną ręką:* Zapisano tym dokumentem pole nad rzeczko Kijano.

Reg. *w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie dnia 5 grudnia 1522, zachowanym w oryginale (w Bibljotece Polskiej Akad. Umiej.), tudzież w jego transumptach z 20 lipca 1636, 3 lutego 1653 i 20 lipca 1672 (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi następująco: (9)* Allexius item Olechno Wolczkowycz[a] recognoscit litteris suis campum suum penes fluvium Kyana[b] iacentem, pro tribus sexagenis cum media eidem monasterio vendidisse perpetuo, reliquum donando pro salute anime sue.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli praesentes literas inspecturi, lecturi | et audituri, quod ego nobilis Alexius alias Olechno Wolczkowycz una cum consorte | mea Barbara, una manu et intentione vendidimus campum nostrum legitimum patri Johanni | vicario una cum fratribus in conventu Sanctae Mariae Virginis Vilnae degentibus pro media quarta sexagena latorum grossorum, ita tamen: partem eiusdem campi vendens et partem pro sanitate nostra et demum pro animabus nostris nostrorumque carorum ascribimus, damus et conferimus perpetuis temporibus duraturis. Qui quidem campus adiacet fluvio sic dicto Kyena[1], nihil iuris et proprietatis pro nobis ac nostris successoribus reservantes, sed quiete pacificeque possidendum et in usus suos beneplacitos patri vicario et fratribus protunc existentibus (prout) melius videbitur convertendum. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. Datum in conventu Fratrum Minorum Vilnae, anno millesimo quadringentesimo octoagesimo tertio.

334.

Wilno, 1483.

Bogdan Bytołtowicz O. Janowi wikarjuszowi konwentu franciszkańskiego NMP. w Wilnie łąkę swoją nad rzeką Kieną częścią sprzedaje za jedną kopę groszy a częścią darowuje, z obowiązkiem modłów o zdrowie swoje i swoich drogich a po śmierci o zbawienie swoje.

Or. *brak; znajdował się on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum franciszkanów wileńskich na pergaminie z pieczęcią oderwaną (ob.* **Kop.***).*

Kop. *Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 27' z uwagą przepisującego ten akt, M. Malinowskiego:* wyrazy opuszczone do wyczytania niepodobne, bo litery przez dawność zupełnie zanikły; *niektóre jednak wyrazy później odczytał i uzupełnił.*

---

333. [a] Wolczkowicz *Trans. 1636*, Wolczkowicz *Trans. 1653; Trans z r. 1672 ma z tego zapisku tylko siedm ostatnich wyrazów, poprzednie opuszczone* [b] Kiana *Trans.*

333. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 38 przyp. 3.*

Przekł. polski z drugiej połowy w. XVIII (ok. r. 1772) w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w fascykule kopij dokumentów franciszkańskich na str. 8 nr 22 z sygnaturą dokumentu: Sub Litt. AA. N⁰ 4to A. 1483.

Reg. w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie dnia 5 grudnia 1522 (oryg. w Bibljotece Pol. Akad. Umiej.) oraz w jego transumptach (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi: Item litteras Bogdan Bytholthowycz[a], quibus recognovit pratum suum penes Kyani situm pro una sexagena[b] vendidisse, et reliquum eiusdem prati pro salute anime sue donasse predicto monasterio.

In nomine Domini amen. Noverint universi et | singuli praesentes literas inspecturi, lecturi et audituri, quod ego nobilis Bogdan Bytho|lthowicz vendidi patri Johanni ad Sanctam Mariam Virginem vicario pratum | meum situm penes Kyeny[1] pro una sexagena latorum grossorum temporibus aeviternis possidendam: partem videlicet eiusdem vendens et residuum pro sanitate mea meorumque carorum, item post vitam meam pro salute mea. Ideo quicunque ex meis consanguineis haec ausu temerario praesumpserit sive infringere sive convertere voluerit, extunc iram et indignationem ab altissimo Deo se noverit incursurum. Haec autem facta sunt praesentibus circumspectis viris, videlicet Adamo tabernatore conventus, Lyersthano[c] Kuzmycz, Stephano vyllano de Kyeny, et aliis pluribus viris fidedignis. Datum Vilnae in domo Adae ...[d] ad portas cimoeterii Sanctae Virginis, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. In cuius rei evidens testimonium sigillum meum praesentibus est appensum.

335.

(Podrobiony).

B. m., 1483.

Jerzy inaczej Gotołtowicz ze swoją matką Ludmiłą i żoną Małgorzatą przy przyjęciu do bractwa franciszkańskiego w Wilnie u NMP. na Piaskach, zapisując siebie i wszystkich swoich następców, nakazuje oddawać tymże braciom 10 beczek żyta, jednego wieprza i beczkę grochu corocznie ze swego dworu Wyrnow, z obowiązkiem śpiewania dwóch mszy co tydzień, jednej o odpuszczenie grzechów, drugiej za zmarłych.

Or. brak.

Kop. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Tekst poniższego nadania pojawia się dopiero w transumpcie Zygmunta III w Krakowie 2 czerwca 1595 z zaznaczeniem, że franciszkanie przedłożyli królowi do zatwierdzenia litteras Georgii alias Gothołtowicz, sigillo eiusdem obsignatas, sanas, salvas, integras omnique suspicione carentes.

Uw. Dokument niniejszy jest niewątpliwie sfałszowany nie tylko ze względu na niezwykłe zobowiązanie wszystkich bez wyjątku następców ofiarodawców do wpisania się do bractwa, ale także ze względu na niejasną stylizację oraz odmienne imię matki i żony wystawcy (ob. wyżej str. 365 Nr 310 oraz niżej str. 394 Nr 340).

---

334. [a] Bytdtowycz *dok. z r. 1522*, Bohdan Bitołtowicz *Metr.*, Bydtowicz *Trans. 1636 i 1672* [b] sexagesima *Trans. 1636, 1653 i 1672* [c] *zapewne błąd zamiast* Kyersthano [d] *luka w tekście*

334. [1] *Ob. objaśnienie na str. 38 przyp. 3.*

Universis et singulis praesentia habituris: quod ego Georgius alias Gotholtowicz una cum genitrice mea Ludomilla necnon et consorte mea Margaretha[1], assumentes inscriptionem sacrosanctae fraternitatis Fratrum Minorum in Vilna ad Beatam Virginem in Arena commorantium, nosmetipsos et nostros successores asscribendo eis et eorum successorum successoribus orationibus continuis, ipsis animo puro propter Deum ac eorum sic assiduam continuationem asscribimus et asscribendo rate firmamus per praesentes per nos et nostros successores daturos singulis annis aeviternis temporibus decem tunnas siliginis, porcum unum et tunnam de piso de curia nostra Wyrnow. Ipsi autem fratres obligantur duas missas in qualibet hebdomada cantare, unam pro peccatis aliam pro defunctis temporibus perpetuis duraturas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Acta et facta anno sub Domini millesimo quadringentesimo[a] octuagesimo tertio.

336.

(Połonka), 1483.

Piotr Chotko Zybort wraz z synami zapisuje dziesięcinę wszelkiego zboża z swojej dziedziny na kościół ŚŚ. Piotra i Pawła w Połonce i nakazuje ododdawać ją ówczesnemu plebanowi Piotrowi i jego następcom.

Zapisek oryginalny o tem nadaniu wpisany na wielkim dokumencie kościoła w Połonce z r. 1502 na głównej jego stronie.

Kop. 1. Lib. VI k. 305'—306. — 2. Czart. k. 48'. — 3. Lib. Magn. k. 40.

In nomine Domini amen. Anno Domini 1483. Ego quidem[a] nobilis Petrus Chothko Zyborth[b], existens sane mentis et compos racionis, cum omnibus filiis meis ob salutem animarum nostrarum legavi decimam de hereditate mea de omni grano ad ec(c)lesiam SS. Petri et Pauli ad Polonka[c] [1]. Coram testibus, coram Holechno Rymszycz, coram Andrea et Nyekrasz fratribus germanis et coram Gutholth[d] Stanislao, et ea de re signetum meum litere aplicavi sub tali forma x [2] vide in cera infra et in missalibus huius ecclesie. perpetualiter dare, solvere plebano domino Petro et eius successoribus protunc existentibus.

337.

(Połonka), 1483.

Stanisław Gutolt dziedzic Skrobowa zapisuje kościołowi parafjalnemu ŚŚ. Piotra i Pawła w Połonce oraz jego plebanowi Piotrowi i jego następcom dziesięcinę wszelkiego zboża ze swej dziedziny za duszę swoją i swej żony.

Zapisek oryginalny o tem nadaniu wpisany na dokumencie pergaminowym kościoła w Połonce z r. 1502 na głównej jego stronie.

Kop. 1. Lib. VI k. 306. — 2. Czart. k. 48'. — 3. Lib. Magn. k. 40.

Uw. W dokumencie połonieckim z r. 1502 data 1473 jest niewątpliwie błędna, jak wskazuje porównanie jego z innemi dokumentami tegoż kościoła z r. 1483, na których wy-

335. [a] *w tekście po* quadringentesimo *następuje wyraz* septingentesimo

335. [1] *Ob. wyżej na poprzedniej stronie Uw.*

336. [a] *Lib. VI poprawia* quidam *na* quidem; *tak też Czart. i Lib. M.* [b] Chotko Zybort *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [c] Polonka *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [d] Olechno Rimszycz, Niekrasz, Gutholt *Lib. VI, Czart. i Lib. M.*

336. [1] *Ob. objaśnienie na str. 170 przyp. 1.* [2] *Znak w kształcie litery x w pośrodku przekrzyżowanej.*

stępują te same osoby wśród wystawców i świadków. Powtarza za nim tę datę Lib. VI, natomiast Czart. i Lib. Magn. mają poprawną datę 1483.

In nomine Domini amen Anno salutis 1483[a]. Ego quidem Stanislaus Gutholth[b] heres de Skrobovo sane mentis et compos racionis, ob salutem anime mee et uxoris mee legavi et inscripsi decimam de hereditate mea de omni grano ad ec(c)lesiam parochialem SS. Petri et Pauli ad Polonka domino Petro (plebano)[c] protunc existenti et eius successoribus perpetualiter dare, solvere et omnes, qui post me tenebunt hanc hereditatem meam, id est terram. Coram testibus, coram Chothkone Zyborth et coram Holechno Rym szycz et coram Andrea et fratre Nyekrasz Michaylovyczy fratribus germanis et coram Malyna et Szyenyko et Mythrosz Tharaszevyczy[d], et aliis protunc astantibus.

338.

(Połonka), 1483.

Jan inaczej Niekras Michajłowicz kościołowi ŚŚ. Piotra i Pawła w Połonce nadaje dziesięcinę z swojej dziedziny, na zbawienie duszy swojej, żony, dzieci i dalszych następców.

Zapisek ten wypisany jest na wielkim dokumencie pergaminowym kościoła w Połonce z r. 1502 na głównej jego stronie.

Kop. 1. Lib. VI k. 306. — 2. Czart. k. 49. — 3. Lib. Magn. k. 40.

In nomine Domini amen. Sub anno Domini 1483. Ego Joannes alias Nyekrasz Mychaylovycz[a] existens sane mentis et compos racionis, ob salutem anime mee ac uxoris mee et puerorum meorum ac suc(c)essorum meorum legavi et inscripsi decimam de hereditate mea de omni grano ad ec(c)lesiam SS. Petri et Pauli ad Polonka[1] perpetualiter dare ac solvere. Coram testibus, coram Holechno Rymszycz et coram domino Martino plebano de Nyedzvyedzycze[b] et coram alio domino plebano, domino Petro de Polonka protunc existenti et coram Zyborth et coram fratre meo germano. In cuius rei testimonium signetum meum est appensum huic litere sub tali forma Y[2], ut in cera vide.

339.

B. m., 15 lutego 1484.

Katarzyna Montuszówna, czyniąc testament z dóbr swoich własnych, zapisuje franciszkanom u NPM. w konwencie wileńskim dwie łąki kupione za cztery kopy groszy swoich pieniędzy, z obowiązkiem modłów za swą duszę i z zastrzeżeniem prawa wykupu tejże łąki wyłącznie przez jej męża.

Or. brak; istniał on jeszcze w połowie w. XIX, kiedy sporządzono zeń odpis w rpsie Varia 71 (ob. Kop.).

---

337. [a] *1473 Or.*, millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio *Lib. VI; w Czart. data roku 1483 wypisana słowami* [b] Gutholt... de Skrobowo *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [c] *wyraz opuszczony, ob. akt poprzedni* [d] Chodkone Zyborth, Holechno Rimszycz... Niekrasz Michayłowiczy... Malina... Szieniko... Mitrosz Tharaszewiczy *Lib. VI, Czart. i Lib. M.*

338. [a] Niekras Michayłowicz *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [b] Rimszycz... Niedzwiedzicze *Lib. VI*, Niedzwiedzice *Czart.* [c] Y *Lib. VI i Czart.*

338. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 170 przyp. 1.* [2] *Dolna laska znaku w kształcie litery Y przekrzyżowana.*

Kop. 1. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 21—21' w odpisie z połowy w. XIX z oryginału (jak wskazuje uwydatnienie poszczególnych wierszy), dosyć błędny i z opuszczeniem ostatnich świadków. — 2. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Kopja również dość błędna z drugiej połowy w. XVIII wśród papierów franciszkańskich, dotyczących Kijan, na odwrociu drugiej karty folio, z ekstraktem z aktów konsystorskich biskupstwa wileńskiego z 17 września 1672 w sprawie sporu granicznego o łąkę wsi Jarmoliszek konwentu wileńskiego oo. franciszkanów wileńskich, z nagłówkiem inną ręką współczesną: Te łąki dwie pr(z)y gruncie pana Burnaka *(pierwotne* Kłoczki *przekreślone)* maią naydowac (się) przy rzece Jodopis przy łące Bernardynskiey y Dominikanskiey pod folwarkiem X. Plebana Vilęskiego. *Cały akt jest przekreślony.*

Przekł. polski tegoż aktu z drugiej połowy w. XVIII w temże Archiwum w dwóch współczesnych odpisach p. t. Przywiley na dwie łąki w Cziundziach Katarzyny Montuszowny, *z uwagą tej samej ręki przy końcu pierwszego odpisu:* Te łąki dominikanskie dokumenta wspominaią.

In nomine Domini amen. Noverint universi praesentium notitiam habituri, | lecturi et audituri: Quod ego nobilis Katharina Monthuschowna[a][1] adhuc corpore sana necnon matura | deliberatione duxi et disposui cum bonis meis, illis praecipue, quae me concernebant et non alium, volens, | quatenus illa bona, quae mihi Altissimus in hac vita labili concesserat possidenda, ne demum mei mariti post huius vitae finem fratres et alii affines sui vellint in bonis meis me impedire, idcirco ad salutem animae meae do et adscribo duo prata mea, quae ego mea propria pro pecunia, videlicet quatuor sexagenis emeram, Fratribus ordinis Minorum ad Sanctam Mariam in conventu Wylnensi[b] Domino famulantibus temporibus aeviternis; cupiens, quatenus fratres praedicti post decessum mei[c] Deum exorent[d] pro anima mea, duntaxat excepto, si maritus meus et non alter pro praedictis pratis fratribus iamdictis praetactam pecuniam voluerit ponere, videlicet[e] quatuor sexagenas, extunc fratres ipsi prata restituere e converso debent sibi[f]; si autem noluerit[g] aut non praevaluerit tantam pecuniam fratribus ponere, ipsis fratribus decetero[h] committo possidenda, vendenda[f] et in alios suos usus convertenda. Quod[i] si aliquis sive propinquorum meorum sive aliorum quorumcunque[j] praesens[k] testamentum meum ausu temerario violare praesumpserit, extunc pro his coram altissimo iudice mihi sciat se responsurum. Datum et actum in domo curiae meae[l], die dominica qua decantatur in Ecclesia Dei »Circumdederunt me«[m] etc. anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Praesentibus testibus nobili viro domino Barthossio tenutario Rudominensi[n], Mąckone Hanczowicz, Stankone Hermanowicz, Hliebone et Radwil germanis mariti mei dicti Miczko, et aliis plurimis fidedignis. Et propter maius et evidens testimonium sigillo meo praesentes roborari[o] subappenso iussi etc.

---

339. [a] Catharina Manthuszowna *Kop. 2* [b] Vilnensi *Kop. 2* [c] *tak w obu tekstach* [d] exorarent *Kop. 1* [e] dictos *Kop. 2* [f] *brak w Kop. 1* [g] noluerint *Kop. 2* [h] dictis *Kop. 1* [i] Et *Kop. 1* [j] quibuscunque *w obu kopjach* [k] hunc *Kop. 2* [l] meae curiae *Kop. 2* [m] *w przekładzie polskim z drugiej połowy w. XVIII:* w niedziele przedmięsopustno [n] *tu w Kop. 1 tekst się urywa* [o] roboravi *Kop. 2*

339. [1] *Jako Katarzyna Montuszowa sprzedaje ona w Wilnie dnia 30 września r. 1471 Janowi biskupowi wileńskiemu dwóch ludzi (ob. wyżej str. 319 Nr 273).* [2] *Na marginesie Kop. 1 ręką M. Malinowskiego zapisano:* Septuagesima: moja ks(iążka) do naboż(eństwa) str. 240.

340.

Wilno, 24 marca 1484.

Jerzy Gotołtowicz za zgodą swej matki Miłochny i żony Maryny dziedzinę swoją wraz z ludźmi zwanymi Golczuncy w dystrykcie wileńskim sprzedaje Andrzejowi biskupowi wileńskiemu i jego następcom za pożyczoną u niego sumę na wyprawę i leczenie się, przyczem określa szczegółowo daniny i powinności tychże ludzi i zobowiązuje się bronić biskupa w posiadaniu tych dóbr, gdyby była tego potrzeba.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Pergamin cienki, 30·2 × 33·8 + 3 cm., na zagięciach starty i w dwóch miejscach nadgryziony przez myszy, zresztą dobrze zachowany. — Po pieczęci, wiszącej niegdyś na czerwonym sznurze, którego odrobina zachowała się na pergaminie, pozostały tylko dwie dziurki i odciski czerwone na zakładce. — Inwokacja przez cały pierwszy wiersz pismem wydłużonem, z dość ozdobnym inicjałem do połowy tekstu. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu spodniem zapisek współczesny: Super homines Golczunczy penes Gyervathy degentes; *2) poniżej ręką wieku XVIII:* Biskupowi wileńskiemu; *3) na złożeniu wierzchniem ręką wieku XVII:* 1584 — Venditio bonorum Golczuny districtus Vilnensis Reverendissimo Andreae episcopo et successoribus serviens *(z datą* 1484 *z w. XVIII); 4) sygnatury: a) na temże złożeniu* M *(z w. XVI); b) późniejsze:* Num. XIII *(przekreślone i znowu później dodane):* XVI.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CXIX'—CXXI' z nagłówkiem: Littere super homines Golczvnczy penes Gyewarti degentes emptos per Andream episcopum Vilnensem. — *2. Lib. II str. 330—332 pod nrem 108 z zapiskiem* Lectum Correctum *i z nagłówkiem:* Venditio Georgii Gotołtowicz bonorum haereditariorum cum subditis duodecim Golczuny nuncupatis in districtu Vilnensi Andreae episcopo Vilnensi. — *3. Czart. k. XV—XVI, brak końca (z datą na marginesie ołówkiem w niedawnych czasach dołożoną). — 4. Lib. Magn. k. IX'.*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 65/6 (z mylną datą 1485).

In nomine Sancte Trinitatis et individue unitatis amen. | Quoniam humana memoria eternitati non commensuratur, expedit igitur, ut ea que fiunt[a] in humanis negociis ad perpetuitatis | ratitudinem deducantur proborum testimonio et sigillorum munimento. Ego igitur Georgius Gotholtowycz[b 1] univer|sis et singulis presencium noticiam habituris publice recognoscens profiteor: Quod[c] non coactus nec compulsus, sed mera ac spontanea voluntate maturaque deliberacione prehabita, una cum consensu matris nomine Mylochna[d] ac consortis nomine Marine mee, hereditatem meam seu patrimonium meum legittimum cum hominibus et kmethonibus[e] duodecim Golczvncy[f 2] nuncupatis[g], in districtu Vylnensi[h] situm[i], vendidi et presentibus vendo reverendissimo in Cristo patri et

340. [a] fiunt *poprawia z* sunt *Lib. II* [b] Gotholtowicz *Lib. II* [c] quia *Lib. II* [d] Milochna *Lib. I* [e] cmetonibus *Lib. I* [f] Golczvnczy *Lib. I* [g] nuncupatum *Lib. II* [h] Vilnensi *Lib. I* [i] sitis *Lib. I*

340. [1] *Jerzy Gotołtowicz, zapewne syn Jerzego, o którym wyżej str. 292 Nr 255 i str. 365 Nr 310, gdzie jednak matka jego nosi imię Anna; przyjąć zatem trzeba, że wymieniona w niniejszym dokumencie Miłochna jest drugiem jej imieniem obok Anny, albo też że wystawca jest inną osobistością aniżeli Jerzy Gotołtowicz syn Jerzego Gotołtowicza i Anny z lat 1468 i 1478.* [2] *Dziś Galczuny, wieś tuż pod Gierwianami w pow. wileńskim, 60 km. na wsch. od Wilna. To położenie tej osady stwierdza zapisek na odwrociu dokumentu, który wyraźnie określa je:* penes Gyervathy.

domino domino Andree Dei gracia episcopo Vylnensi suisque heredibus et successoribus legitimis, pro centum sexagenis grossorum latorum monete Bohemicalis numeri in terra currentis, cum omni iure, dominio, iudicio, potestate et libertate, quibus ipsam hactenus possidebam et possedi, et hoc urgente necessitate mea permaxima, tum propter expedicionem itineris et servitutis regialis et terrestris, tum propter infirmitatem in me supervenientem et alias pro utilitate mea, integre et complete a dicto domino episcopo Vylnensi receptis et manulevatis; ita tamen, quod homines supradicti singulis annis domino episcopo dicto superius et eius posteris legitimis dare tenebuntur et per presentes tenentur tributum viginti grossos latorum grossorum; item unum pud lini septennarium; item duo fumigalia alias przeswyethy[j]; item unum eq(u)um equestrem[k] sub famulum domini episcopi pro aliquo itinere missum ac dispositum, tempore vero estatis pro frumentorum trituracione continua superseminando semine exire obligantur et tenentur; item fenum falcastrare tempore suo et agricultura qualicunque necessaria, prout et homines ac kmethones[l] in Gyerwacy[m] degentes ad omnes et singulos labores exire, venire et condescendere[n] tenebuntur et debebunt; item pro adventu domini episcopi et eius successorum[o] stacionem dare et ministrare obligabuntur[p], quem si abesse anno qualicunque ipsis contingat, ad mandatum ipsius stacionem predictam cuicunque curie sue[q] ducere eos oportebit. Quos quidem homines et hereditaria cum omnibus et singulis agris cultis seu colendis, locatis seu locandis, arwis, argulis, silvis, nemoribus, indaginibus, sareptis, rubetis, borris, mericis, mellificiis, venacionibus, pratis, pascuis inventis et inveniendis, constructis et construendis, stagnis, lacubus, paludibus, vallibus, collibus, montibus, antris, aquis, fluminibus, vadis, piscinis et eorum decursibus, cum molendinis aquaticis factis vel faciendis, cum omnibus et universis usibus, fructibus, utilitatibus, censibus, provencionibus, contribucionibus, redditibus, honoribus et donacionibus quibuscunque pacifice[r] et quiete, libere et perpetue resignamus habendum, possidendum, tenendum utifruendum, vendendum, commutandum, alienandum ac in usus suos beneplacitos convertendum, uti ipsi[s] domino episcopo vel eius posteris legitimis melius et utilius videbitur ordinari. Insuper dum et si que cause contrarie aut dissensiones vel impedimenta nonnulla sibi domino episcopo sepememorato et suis successoribus ex et pro parte hereditatis et hominum dictorum emerserint atque advenerint undecunque, me adhuc vivente, extunc ego bona cum hominibus eisdem tenebor et per presentes teneor domino episcopo et suis posteris legitimis ut prefertur emendare, protegere et tueri, totiens quotiens opus fuerit, atque reddere indempnem promitto et polliceor. Presentibus ibidem venerabilibus, nobilibus, circumspectis viris et dominis Johanne[t] archidiacono et officiali, Abraham, Georgio artium liberalium magistro, ecclesie Vilnensis cathedralis prelatis et canonicis, Alberto ad Sanctum Spiritum in Oschmana preposito, marsalco Petro, cubiculario Simone, magistro coquine Hannus olim in Starzyny tenutario, Luca Pugtho[u] honorabilique domino Jacobo castri minoris Trocensis altarista et capellario, domini episcopi Vylnensis predicti fidelibus dilectis, necnon Stanislao cive Vylnensi, Sancothya[v], Tugwyd[w], Stanislao, Nicolao, domini Georgii servis carissimis, et me Martino de Pozn(ania)[x] huius gesti scriba ac imperiali auctoritate notario publico, aliisque pluribus fidedignis.

340. [j] przeswiety *Lib. II* [k] *w tekście Or. następuje wyraz* equestrem *podkropkowany; Lib. I i II podają ten wyraz* [l] *pisownia w Lib. I jak wyżej pod* [e] [m] Geruati *Lib. II* [n] conscendere *Lib. I* [o] successoribus *Lib. II* [p] *Lib. I dodaje przedtem* obligantur et *mimo że przez pomyłkę zaraz niżej po* stationem *przepisując te wyrazy napisał*: dare et ministrare obligabuntur, *co oczywiście przekreślił* [q] *opuszcza Lib. I* [r] *tu się urywa tekst Czart.* [s] ipso *Lib. I* [t] Joanne *Lib. I i II* [u] Pukto *Lib. I* [v] Samogittia *Lib. I*, Samcothya *Lib. II* [w] Tugwid *Lib. II* [x] Poznan *Lib. II*

Datum et actum Vylne[y], feria quarta in vigilia Annunciacionis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subappensum[z].

341.

Wilno, 17 lipca 1484.

Kazimierz (Jagiellończyk) król polski i wielki książę litewski za duszę swego syna Kazimierza funduje w kościele katedralnym wileńskim św. Stanisława wieczysty aniwersarz, mający być śpiewany przez samych prałatów i kanoników tegoż kościoła co czwartek po Popielcu; zapisuje na ten cel półtora grzywny, którą ma wypłacać horodniczy wileński z karczem królewskiego miasta Wilna, a w razie niemożności tej wypłaty, ze skarbu wielkoksiążęcego, przyczem pobór tej kwoty oddaje w moc i pod władzę wyłączną Kościoła.

Or. brak.

Kop. Lib. I k. XIII—XIV' z zapiskiem lectum *i nagłówkiem:* Privilegium super marcam (*poprawione z* mericam) cum media pro anniversario illustris Casimiri, regis Poloniae secundogeniti.

Wyd. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. II str. 111/2 (nieściśle).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum, qui sub tempore fiunt, temporis successu oblivione deleantur, sagax humana condicio eos instituit litterarum testimonio et testimonii annotacione perhennare. Proinde nos Casimirus Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Samagittie etc. dominus et heres, significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, horum noticiam habituris: Quomodo illustri Casimiro colende memorie secundogenito nostro, qui sicut Deo placuit humanis rebus nuper exutus est[1], paternum morem gerere et anime ipsius defuncti of(f)icium impendere caritatis, cum id a nobis exigat et vis nature et sanguinis ydemptitas expostulet, unde in ecclesia sancti Stanislai Vilnensi cathedrali pro eius anima anniversarium annu(u)m et perpetuum statuimus et fundavimus, per prelatos et canonicos eiusdem ecclesie pro tempore existentes perpetue decantandum atque peragendum; ita videlicet, quod singulis annis et qualibet feria quinta ante dominicam »Invocavit« ad decantandas vigilias cum earum vesperis integraliter et in toto, incipiendo ab invitatorio[a] »Venite« et cum tribus nocturnis consequentibus et laudibus, necnon cum omnibus psalmis et oracionibus, ad integritatem vigiliarum et ipsarum vesperarum pertinentibus, item et unam pro defunctis missam, que incipit »Si enim«, in perpetuum decantabunt et decantare per seipsos sine omni negligencia sint adstricti[b]. Racione cuiusquidem anniversarii et in vim dotacionis eiusdem prefatis prelatis et canonicis, ad decantanda et peragenda defunctorum of(f)icia alias obligatis, unam marcam cum media latorum grossorum, quadraginta octo grossos in marcam[c] computando, in tabernis civi-

340. [y] Vilnae *Lib. II* [z] appensum *Lib. I*

341. [a] *w tekście niepotrzebnie dodane* et [b] *pierwotnie* abstricti, *drugą ręką poprawione na* astricti [c] *w tem miejscu znak ręką rubrycysty (monogram ze złączonych liter* I *i* S)

341. [1] *Św. Kazimierz zmarł w Grodnie 4 marca r. 1484, t. j. w pierwszy czwartek wielkiego postu (ob. Papée F., Studja i szkice z czasów Kazimierza Jagiellończyka, Warszawa 1907 str. 150/I), dlatego na ten dzień wyznaczono aniwersarz.*

tatis nostre Vilnensis dedimus, deputavimus damusque et deputamus et demonstramus tenore presencium mediante, per eosdem prelatos et canonicos predictam marcam cum media de manibus procuratoris castri Vilnensis alias hrodnyczy tollendas, levandas et percipiendas perpetue et in ewum; quodsi dicta marca cum media ex aliquo infausto casu[d] et eventu in ipsis thabernis Vilnensibus pro aliquo tempore solvi non possit, extunc de thezauro nostro et successorum nostrorum penitus solvi debet. Ut autem presens nostra dotacio anniversarii memorati tanto maiori certitudine et firmitate roboretur, ipsam marcam cum media pro prenominatis prelatis et canonicis, sic ut premittitur deputatam, de iurisdicione[e] et potestate seculari in iurisdicionem, sortem et libertatem ecclesiasticam transponimus et transferimus tenore presencium mediante, eandemque marcam cum media iurisdicioni, sorti et libertati ecclesiastice subicimus, supponimus et incorporamus perpetuis temporibus duraturis; ita videlicet, ut loci ordinarius[f] habeat potestatem contra non solventes eandem marcam cum media censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia, quociens fuerit requisitus[g], extradendi et fulminandi, tamdiu donec predicti prelati et canonici per eosdem ad quos pertinet in predicta marca cum media exolvantur presentibus perpetuo et temporibus eviternis duraturis. Harum quibus sigillum nostrum magni ducatus Lythuanie est subappensum testimonio litterarum. Actum et datum in Vilna, sabbato post festum Divisionis apostolorum proximo anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Presentibus ibidem reverendo in Cristo patre domino Andrea episcopo Vilnensi et magnificis Joanne Grzelgalowycz[1] castellano Vilnensi et capitaneo Samagittie, Olechno Sudymvnthowycz de Chozowa palatino Vilnensi et cancellario magni ducatus Lythuanie, Michaele Mvntolthowycz castellano Trocensi et capitaneo in Nouogrodek et Bogdąn Andrzeyowycz marschalko terrestri magni ducatus prefati Lythuanie et capitaneo in Poloczko.

342.

Podbrzezie, 31 października 1484.

Jerzy syn Pawła pleban w Mejszagole, notarjusz publiczny, spisuje testament Jacka Wiesztortowicza, który zapisuje kościołowi w Mejszagole dwóch ludzi; zobowiązując plebana do odprawiania pięciu mszy cichych rocznie, tudzież 14 kóp groszy praskich na budowę tegoż kościoła; żonie swojej Annie zapisuje: dwa dwory w Podbrzeziu i Baksztach, zlecając ściągnąć wszystkie swoje wierzytelności, które ma u ludzi i szczegółowo je wylicza; czeladź, spośród której jednego sługę uwalnia; konie; zobowiązuje żonę, aby długi jego spłaciła a resztę ofiarowała za jego duszę; wreszcie ustanawia czterech egzekutorów, między nimi wspomnianego plebana Jerzego z Mejszagoły.

Or. brak. Miał ten akt znak notarjalny w kształcie monogramu imienia Marji z krzyżem na wierzchu, wspierającego się na dwóch stopniach, na których ślady liter: ...cls *(ob. Kop. 3).*

---

341. [d] causu *w tekście* [e] *obok na marginesie ręką w. XVII:* iurisdictio spiritualis [f] *tą samą ręką na marginesie:* in episcopum confertur [g] *pierwotnie było* equisitus, *inną ręką poprawione dwukrotnie na* requisitus

341. [1] *T. j. Kieżgajłowicz.*

Kop. 1. Lib. VI k. 267'—268 nr 178 z dopiskiem Lectum Descriptum. — *2. Czart. k. 42'—43. — 3. Lib. Magn. k. 34—35 (z rysunkiem znaku notarjalnego przy końcu aktu).*
Reg. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 184 (wzmianka).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, indictione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Sixti papae quarti anno ipsius tredecimo, die vero ultima mensis octobris, hora tertiarum vel quasi, in curia Poberszy [1] in stuba maiori coram me Georgio Pauli plebano ibidem, imperiali (authoritate) notario publico, testiumque infrascriptorum [a] specialiter rogatorum praesentia, nobilis Jacko [b] Wiestortowicz [2] clam confessus, ut moris (est) boni christiani, palamque vocatis testibus, sanus mente, quanquam aeger corpore tamen compos rationis, salubri praemeditatione diem extremum [c] suae peregrinationis volens praevenire, humanam conditionem esse in hac vita perpendens caducam, tanquam florem agri cito decidentem, et mortis tempus inscius, nolens intestatus de hac luce decedere, ne dominium suum et bona a Deo Omnipotenti sibi collata, concessa et haereditario iure iamdiu possessa et plurima alia mobilia et immobilia, per industriam empta et conquesita, ad distrahendum et diripiendum (:ut fit hoc tempore:) relinquere, sed ut cuilibet in extremis posita ex consuetudine laudata et iure approbata circa rerum suarum dispositionem liberam debeat esse voluntas, praesens testamentum suum [d] seu ultimam voluntatem suam ita fecit, condidit et ordinavit ac [e] literis mandari petiit: Inprimis animam suam Deo Omnipotenti et eius Genitrici Sanctisque omnibus commendavit. Item ecclesiae in Miszogoła [f 3] legavit hominem nomine Seredzus cum fratre Steczus et eorum successores temporibus aeviternis, et quod plebanus legat quinque missas annuatim; item pro structura eiusdem ecclesiae legat quatuordecem sexagenas latorum grossorum monetae Pragensis, quas quatuordecem sexagenas invadiando homines scripsit domina Elizabeth [g] Andruszkowna contoralis domini Alberti Iwaskowicz. Item legat dominae Annae uxori suae duas [h] curias Ponberieczio [4] et Baxty [i 5] in centum sexagenis pro dote hominibus, agris et stagnis; item legat dominae suae omnia debita exigere: Bartko Butkowicz debet solvere dominae meae quatuor sexagenas et tres indulsit; Stecus Peitkonis [j 6] duas sexagenas et tertiam dimisit; item tenetur quinque sexagenas władika [k] Branski [k 7], illas solvat uxori; dominus Jacobus Niemierowicz [8] tenetur duas sexagenas, illas det uxori meae; item Juchno Juskowicz duas sexagenas et viginti

---

342. [a] *Lib. VI dodaje* petitorum [b] *Lib. VI poprawia na* Iaczko; *tak Czart. i Lib. M.* [c] extremam *Czart. i Lib. M.* [d] *w Lib. VI drugą ręką przekreślone, Czart. i Lib. M. opuszcza* [e] et *Czart.* [f] *Lib. VI poprawia na* Myszogola, *tak Czart. i Lib. M.* [g] Elisabeth *Czart.*, Elizabet *Lib. M.* [h] dictas *Czart.* [i] *Lib. VI poprawia na* Baczty; *tak Czart. i Lib. M.* [j] Pietkonis *Czart. i Lib. M.* [k] *Lib. VI poprawia na* Władyka Branszki; *tak Czart. i Lib. M.*

342. [1] *Podbrzeż (Podbrzezie, Podberezie), dziś miasteczko przy drodze z Wilna do Giedrojciów, 29 km. na pn. od Wilna.* [2] *Jacko Wiesztortowicz występuje jako świadek dokumentu Sienka Romanowicza w Świrze dnia 1 sierpnia 1472 (ob. wyżej str. 325 Nr 278 oraz Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Roczn. Herald. T. IX [1928/9] str. 252).* [3] *Mejszagoła ob. objaśnienie na str. 10 przyp. 2.* [4] *Podbrzeż j. w. przyp. 1.* [5] *Z licznych miejscowości tej nazwy na Litwie, z których część zaginęła, nie wiadomo, której dotyczy nazwa wspomnianego tu dworu; związek z Podbrzeżem wskazywałby okolicę Mejszagoły na pn. od Wilna.* [6] *Prawdopodobnie Petkowicz Świrski (ob. Wolff J., Kniaziowie lit.-ruscy str. 505).* [7] *T. j. biskup wschodni w Brańsku nad Desną w ziemi czernihowskiej, podówczas w granicach WXLitewskiego.* [8] *Jakób Iwanowicz Niemirowicz, ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Mies. Herald. T. VII (1914) str. 99.*

grossos, illas reddat dominae meae; Januszko[l] Zastawtowicz[m] tenetur duas saxagenas et viginti grossos, illas reddat uxori meae; item Fiedko triginta grossos; Prorusko[n] reddat tres sexagenas et vadat quo vult; Naruszis[o] homo emptus reddat dominae meae tres sexagenas; Miczus nonaginta grossos det dominae meae; d i a k Niger siclum tenetur[p], reddat medium dominae; Januszko Janowicz[q] siclum det dominae; Dauczus[r] septuaginta tenetur grossos, quos fideiussit, idem Dauczus[r] invadiavit aream in media tertia sexagena; Rimszelis septuaginta grossos; item Petko[s] Daukintowicz invadiaverat in septuaginta grossis, quinquaginta fecit recipere et viginti dimisit; Narbuth viginti grossos; Woytko Kuraczka[t] in septuaginta grossis invadiat pratum[u], quadraginta dimisit et triginta fecit supponere; et alia omnia mea debita exigere committo uxori meae; Juszecko[v], Potrecz Andruszic[v] quinque sexagenas tenentur, tres dimisit et duas fecit sumere dominae; Climiecz servum libertavit; familiam comparatam ex servitio meo lego pro domina mea; equos etiam lego dominae meae, et praedictas pecunias debitorum exigendo solvat debita, quae ego tenebar et residuum det pro anima mea. Eiusdemque testamenti seu ultimae voluntatis suae fecit, constituit et ordinavit ac petiit esse executores dominum Daumunt Butwidowicz[w], Jacobum Cristinum[x] et Michaiło[y] Michałowicz et me Georgium praedictum plebanum, dans et concedens eis omnimodam potestatem et plenum mandatum omnia et singula agendi et disponendi etiam praedicta debita tollendi et exigendi et pro anima eius convertendi tanquam suis, veris ac legitimis executoribus. Super quibus omnibus et singulis petiit sibi fieri a me publico notario infrascripto unum vel plura publicum vel publica instrumentum vel instrumenta. Praesentibus ibidem nobilibus Siedbor et Olechno Tautim[z] Petraszowicz, et aliis quoque pluribus fidedignis. Harum quibus ego Georgius plebanus in Moiszogoła[aa], publicus imperiali authoritate notarius, signum quo[bb] in talibus utor descripsi[cc]. Datum anno, mense, tempore, loco quo supra, et sigillum idem dominus proprium fecit appendi manu propria.

343.

Radoszkowicze, 8 marca 1485.

Miłochna wdowa po Sienku Giedygołdowiczu, dla zbawienia duszy swojej, swoich przodków i następców, kościołowi we wsi swojej Radoszkowiczach pod wezwaniem św. Trójcy dodaje ziemię wraz z sadzawką i młynem nad rzeką Wiaszyną, drugą ziemię koło tej rzeki, źreb księdza Telenowskiego, wreszcie karczmę.

Or. brak.

Kop. w transumpcie króla Aleksandra z dnia 2 czerwca r. 1503 (zob. niżej pod tą datą): 1. Czart. k. 22. — 2. Lib. Magn. k. 15'. — 3. Luźna kopja w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w inwentarzu kościoła radoszkowickiego z 23 marca r. 1720 (zob. wspomniany dokument z 2 czerwca r. 1503).

---

342. [l] Janusko *Czart.* [m] *Lib. VI poprawia na* Zasztawtowicz; Zastawłowicz *Czart. i Lib. M.* [n] *w Lib. VI między* s *a* k *wykreślone prawdopodobnie* n; Pronisko *Czart.* [o] *Lib. VI poprawia na* Naruszys, *tak Czart. i Lib. M.* [p] *Lib. VI pierwotnie* tenet [q] Janawicz *Lib. VI* [r] *Lib. VI poprawia na* Dawczus; *Czart. i Lib. M. tak samo* [s] *Lib. VI poprawia na* Pyetko, *tak Czart. i Lib. M.* [t] *Lib. VI poprawia na* Curaczka, *tak Czart. i Lib. M.* [u] *Lib. VI poprawia drugą ręką na* prata, *tak Czart. i Lib. M.* [v] *Lib. VI poprawia na* Iuszeczko Potrecz Andruszycz, *tak Czart. i Lib. M.* [w] Butuidowicz *Lib. VI* [x] *Lib. VI poprawia na* Crystinum, *tak Czart. i Lib. M.* [y] Michaylo *Czart. i Lib. M.* [z] *Lib. VI poprawia na* Tautym, *tak Czart. i Lib. M.* [aa] Moyszogola *Czart. i Lib. M.* [bb] *w Lib. VI dopisane drugą ręką; Czart. i Lib. M opuszcza* [cc] *w Lib. VI dopisane drugą ręką*

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 49 (nieściśle). — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 215.

Uw. Pierwsze nadanie przy fundacji kościoła w Radoszkowiczach ob. wyżej str. 211/2 Nr 187.

In nomine Domini amen. Quoniam humana memoria aeternitati non commensuratur, expedit igitur, ut ea quae in humanis fiunt negotiis, ad perpetuitatis ratitudinem[a] deducantur proborum testimonio et sigillorum munimento. Ego igitur Milochna relicta olim piae memoriae domini Senko Giedigołdowicz[1], non coacta, non compulsa, sed mea spontanea deliberatione amicorumque meorum[b] freta consilio, ad honorem Omnipotentis Dei et Gloriosae Virginis Mariae, et ob salutem animae meae et meorum antecessorum et successorum, meliorans dotationem ecclesiae in Radoszkowice[c 2] villae meae, ad honorem Sanctae Trinitatis fundatae, addidi terram dictam Kopaczewska cum omnibus pratis, rubetis, silvis, arvis, rivulis et cum omnibus usibus ad praedictam ecclesiam servientibus, et piscinam cum molendino in fluvio Wiaszyna factam; item terram na płoskom łohu dictam Łuczki alias Szylwy[d] circa fluvium dictum Wiaszyna[3] et torrentem Wiaty ruczay[e]; item sortem sacerdotis Thelenowski[f] dicti, Pauli nomine; item tabernam[g] addidi et per praesentes addo, inscribo et dono in perpetuum. Praesentibus specialiter vocatis et rogatis generoso et nobili domino Olechno Anczewicz protunc tenutario in Krasnowola[h], necnon domino Bogdano Oynarowicz et generoso domino Georgio filio domini Iwaszko Ilinicz et nobili Andrea Nieczkowicz et nobili Paulo Giazorowski[i] servitore magnifici domini Joannis castellani Vilnensis, et aliis quam pluribus fidedignis in praesentia protunc constitutis In cuius testimonium sigillum meum praesentibus est subappensum. Datum in Radoszkowicze, feria tertia post dominicam Oculi[j] anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

344.

(Wawiórka Nowa), 1485.

Zofja Sutkówna z Nowej Wawiórki inaczej Grodziszcza zapisuje kościołowi św. Trójcy tamże, za dusze swoich rodziców i zdrowie swoje, z dziedziny przypadłej sobie przy podziale z siostrami: dwóch ludzi imiennie podanych z ich ziemiami i służebnościami; dwie ziemie tymże ludziom przyległe, z obowiązkiem odprawiania przez rektora jednej mszy w tygodniu.

A. A. *Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Pergamin średniej grubości 41·7 × 18·1 + 4·2 cm., nieco zatłuszczony z prawej strony, połowa zakładki z lewej strony wycięta bez naruszenia pieczęci, wiszącej na plecionym sznurze jedwabnym wiśniowej barwy i wyłuskanej zupełnie. — Pismo grube, duże, inwokacja frakturą zwiększonych rozmiarów z inicjałem przez całą prawie wysokość tekstu. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem*

343. [a] rectitudinem *Czart.* [b] meorumque amicorum *Lib. M. i Kop. z w. XVIII* [c] Radoszkowicze *Lib. M. i Kop. z w. XVIII* [d] Luczki alias Szylvyna *Kop. z w. XVIII* [e] ruczan *Czart.* [f] Telenowski *Kop. z w. XVIII* [g] in Radoszkowicze *dodaje Kop. z w. XVIII* [h] Crasne Siolo *Kop. z w. XVIII* [i] Giaroszowski *Kop. z w. XVIII* [j] dominicam prima octobris *Kop. z w. XVIII*

343. [1] *Ob. dokument tejże Miłochny dla Kapituły wileńskiej wydany w Kamieniu 15 VI r. 1477 oraz objaśnienie tamże na str. 357 Nr 302.* [2] *Ob. wyżej objaśnienie na str. 212 przyp. 3.* [3] *Wiazynka, lewy dopływ Hujki, do której wpada pod Radoszkowiczami.*

w górnej części zapisek z w. XVI późniejszą ręką uwydatniony: 1561 die Lune XXIII Junij oblata et ingrossata est >< actorum notarius subscripsit, *ten sam, co na odwrociu dokumentu dla kościoła w Wawiórce z r. 1460 (ob. wyżej str. 268 Nr 237); 2) powyżej temi samemi rękami, co i na wspomnianym dopiero co dokumencie, pierwotny zapisek później uwydatniony:* Litterae parochialis ecclesiae in Minori Wawerka *(z datą)* 1485; *obok niej zapisek ręką XVII/XVIII:* rescriptum *(silnie przekreślony); 3) również i reszta zapisków temi samemi rękami, co w wspomnianym dokumencie:* Wawerka; *4) na złożeniu wierzchniem w dolnej części z w. XVIII:* 1485. Litterae fundationis parochiae Minoris Vawiorcae alias Grodziscze a Zophia Sudkowna, quae duos subditos patrimonio suo concernentes cum omnibus eorum servitiis et attinentiis inscribit; *5) jedyna sygnatura na złożeniu wierzchniem* 3 *(prawdopodobnie wypisana w r. 1561).*

Kop. 1. Tyszk. k. 50 nr 43; bezpośrednio z oryginału, jak wskazuje zapisek przy końcu tekstu: Sta(nislaus) Comorowsky notarius ex originalibus transsumpsit. — *2. Lib. VI k. 277—277' nr 189 z zapiskiem* Descriptum. — *3. Czart. k. 43.* — *4. Lib. Magn. k. 35.*

In nomine Sancte Trinitatis et individue unitatis[a]. | Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod[b] sub anno Domini M⁰CCCC⁰ octoagesimo[c] quinto ego Zophia | Suthkowna[d] in Nova Vawyerka alias Grodzyscze[e] [1], non compulsa nec coacta nulloque dolo seducta, sed sana mente, | compos racione[f] animoque maturo ac deliberato zeloque devocionis accensa do, delego[g] ascriboque Deo Omnipotenti ad ecclesiam Sancte Trinitatis in Nova Vawyerka hereditatis mee proprie, divise a sororibus meis, patrimoniique mei, pro salute parentum meorum, patris mei ac matris mee animarum, pro sanitateque ac salute anime mee, duos homines nomine appropriato[h] cognominatos Stanislaum Stroczewicz[i] una cum fratribus suis Chpheczyvm[j] cum terris, pratis, gagys, nemoribus omnibusque attinenciis ac serviciis, uti michi sole[k] servierunt, eodem servicio[l] serviant ecclesie Sancte Trinitatis in prefata Nova Vawyerka[m] rectorique ecclesie eiusdem[n] protunc existenti honorabili domino Paulo successoribusque[o] ipsius, terramque prope istos homines super decem tunnas cognominatam Podstroczewiczi[p] ascribo; item loco alio in area super octo tunnas[q] vocato Goczowsczyna[r] terram culture aptam[s] perpetuis temporibus duraturam. Rector[t] quilibet ac pastor ecclesie prefate tenetur unam missam in septimana legere pro animabus suprascriptis perpetue duraturam[t]. Testibus protunc existentibus discreto presbitero domino Gotardo vicario inibidem, Laurencio presbitero, Petro servo domine Jvndylowa[u], aliisque quam pluribus fidedignis.

Innym, bardzo już wyblakłym atramentem, zdaje się tą samą ręką:

In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subappensum.

344. [a] In nomine Sancte et individue Trinitatis *Tyszk.*; *Lib. VI, Czart. i Lib. M. dodają* amen [b] quia *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [c] octuagesimo *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [d] Svthkowna *Tyszk.*, Sudkowna *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [e] Vaverka *Tyszk.*, Wawerka alias Grodziscze *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [f] racionis *Tyszk.* [g] et lego *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [h] appretiatos *Czart.* [i] Sthroczewicz *Tyszk.* [j] Chvyedzyvm *Tyszk.*; Chweczium *Lib. VI, Czart. i Lib. M.* [k] *tak w Or.* [l] *Tyszk. opuszcza te dwa wyrazy* [m] Vavyerka *Tyszk.*, Wawierka *Lib. M.* [n] eiusdem ecclesiae *Czart. i Lib. M.* [o] successorumque *Or.* [p] Padsthroczeviczy *Tyszk.* [q] *Lib. M.* alio super dicto *poprawia na* octo tunnas in area; *Lib. VI* octo *poprawia na* dicto; super dicto *Czart.* [r] Goczewsczyna *Tyszk.*, Buczowczyna *Czart.*, Boczowczyna *Lib. VI i Lib. M.* [s] apertam *Lib. VI Czart. i Lib. M.* [t—t] *opuszcza Tyszk.* [u] Jundiłowa *Czart. i Lib. M.*, Jundylowa *Tyszk.*

344. [1] *Wawiórka Nowa czyli Mała koło Lidy ob. objaśnienie na str. 269 przyp. 1.*

345.

Wilno, 15 marca (1486).

Kazimierz (Jagiellończyk) król polski i wielki książę litewski, w sporze między kapitułą katedralną św. Stanisława w Wilnie a panem Wilczkiem Romanowiczem namiestnikiem owruckim o ziemię, zakupioną przez niego u Hryćka Abramowicza, a sąsiadującą z wsią kapitulną Mazurowiczami, na której to ziemi tenże Wilczek zaczął osadzać ludzi i przydzielać barcie, wydaje wyrok, unieważniający tę sprzedaż i zabraniający Hryćkowi wszelkiej lokacji.

Or. brak.

Kop. Lib. I k. LXXVIII—LXXVIII' z nagłówkiem: Inhibicio, ne Hryczko locaret homines circa homines capitulares. *Inna ręka w. XVI, powtarzając na marginesie ten napis, dodaje zapytanie:* ad que bona?

Uw. Z trzech dat rocznych, które za panowania króla Kazimierza Jagiellończyka odpowiadają indykcji czwartej, t. j. 1456, 1471 i 1486, należy wybrać tę ostatnią, a to ze względu na zgodność jej z itinerarzem tegoż króla, który w marcu 1486 rzeczywiście przebywał na Litwie, w szczególności tegoż dnia był w Trokach (ob. Papée F., Polska i Litwa na przełomie wieków średnich str. 391).

Casimirz s Bozei lasky krol polsky wyelky xyadz Lythewsky etc. Vbaczylysmy s pany rady naszey: Prawowaly szyą przed namy proboscz Vilensky y diacon y ardzyacon y canonici swyentego Stanislawa s namyesnykyem bruczkym[1] s panem Vilczkyem, ysz Vylczko Romanowycz zakupil szyąmyą w Gryczka Auramowycza podle caplanskyego syola w Mazorewyczach[2] y począl byl na tey zyąmy sadzycz ludzy na syrom korzenyv y borti poczal byl novo przedzalawacz. Y canonici przed namy powyadaly, ysz sdawna w tey syąmy telko yedna nywka byla stara a obyczay sdawna byl nyeprzedzalawacz nouego drzewa bartnego y nywya nye przypachawaczy, telko snacz nywa stara a barcz tesz stara. Y my opytaly Gryczka Abramowycza, yako Volczekv thą syemyą zaprzedal. Y Gryczko przed namy powyadal, yze sdawna yedna tylko nywka stara w tey syąmy byla, a ludze tam sdawna nye syedzely any drzewa bartnego nye przydzalawano y syąmye daley nyerospachywano, telko na thy nywa stara y barcz stara a nowey nyeprzydzalawacz, takem panv Vylczku przedal. Y my przysądzyly tak, czo panv Vylczku ludzy swoye o to swyescz a thą zyąmyą Gryczku zassyą oddacz a pyąnyądze swoye wsyącz, a Hryczku Abramowyczv swoyą szyąmyą v nyego wsyącz a pyąnyądze yemv oddacz, y nyetrzeba Hryczku w tey zyąmy ludzy ssadzycz any rospachywacz tey syąmye any barczy przydzalawacz nowo, telko yemv snacz yedna nywa stara a barcz stara yako sdawna bylo a nowego nyeprzydzalawacz. Pyssan Vilnye, marcza pyącznastego dnya, indiciey czwartey.

346.

Wilno, 10 kwietnia 1486.

Wacław Mongirdowicz z bratem swoim Aleksandrem, swoim bratankiem Stanisławem Budyłowiczem i tegoż synem Andrzejem i swojemi dziećmi konwen-

345. [1] *T. j. wruczkym = owruckim.* [2] *Możarowicze (Możary) w Kamieńszczyźnie, włości kapitulnej w powiecie wówczas mozyrskim a województwie kijowskiem (ob. ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. II str. 163, 192).*

towi braci mniejszych u NPM. w Wilnie nadają dwóch ludzi, jeden uszatek miodu, trzy wieprzki, dziewięć beczek żyta jako dań roczną, z obowiązkiem odprawiania przez braci tegoż konwentu dwóch mszy o zdrowie ofiarodawców i za dusze ich przodków.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, zbrudzony i w kilku miejscach rdzą poplamiony, 24·5 × 15 + 2 cm; zakładka z lewej strony naderwana. — Inicjał sięgający aż do zakładki na lewym marginesie. — Z trzech pieczęci, niegdyś przywieszonych do dokumentu, pozostał po pierwszej szczątek paska w zakładce, po dwóch tylko nacięcie. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem zapisek współczesny Kudry, *znacznie późniejszą ręką uzupełniony:* pro conventu Vilnensi; *2) na temże złożeniu współczesny zapisek konsystorza wileńskiego:* X *(= decima).* Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo, die vero Jovis vigesima mensis aprilis, ut in actis domini in spiritualibus viccarii et officialis Vilnensis generalis oblate; *3) na temże złożeniu ręką z wieku XVI/XVII:* Donatio unius hominis nomine Petrus cum filio eius et 9 tunnas silliginis, duorum *(s)* porcorum eviternis temporibus; *4) na temże złożeniu ręką w. XVII:* N° 24 Donatio duorum hominum et novem tunnarum siliginis, trium porcorum, unius vasis mellis a domino Venceslao Mongirdowicz anno Domini 1486; non expressum de quibus bonis; in altera tamen parte notatio antiqua demonstrat Kudry; *5) sygnatury luźne różnemi rękami: a)* A. 68. 1486; *b)* N° 58ro; *c)* N° 29 *(przekreślona); d)* Sub littera MM; *e)* Od: 5 *(przerobiona z* 4*)*, Fas. 1. N° 17 *(poprawiona z* 18*).*

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, lecturi et audituri, tam | presentes quam futuri, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos domini nobiles videlicet Venczeslaus | Mongirdowycz una cum fratre suo germano Allexandro et domino Stanislao Budylowycz filiastro et cum | filio suo Andrea ac liberis nostris ad honorem Dei Omnipotentis et Virginis Gloriose, ob nostram karorumque nostrorum, tam vivorum quam mortuorum salutem, mera et spontanea deliberacione cum Dei adiutorio duximus Fratribus Minoribus in conventu Vilnensi apud Sanctam Mariam commorantibus, presentibus et futuris, elemosinam sanctam singulis annis largiendam[a] temporibus eviternis pure propter Deum duos homines, unum nomine Petrum cum filio suo germano, et de melle unum vas alias vszatek et tres porcos et novem tunnas siliginis cum aliis, que Altissimi gracia inspiraverit nobis; cupientes, quod fratres predicti conventus singulis annis per ebdomadas duas missas pro sanitate nostra ac pro animabus antecessorum nostrorum preteritorum defunctorum et futurorum in suis oracionibus nos atque illos recommendatos habeant. Si quis autem post decessum nostrum predicta ausu temerario vel nefando violare presumpserit, vel in aliquo preiudicium fecerit, compareat nobis coram altissimo iudice de iniuria illata responsurus. Actum et datum in conventu Vilnensi ad Sanctam Mariam, feria secunda ante festum sanctorum martyrum Tyburcii et Valeriani, anno Domini M°CCCC° octuagesimo sexto. Presentibus discretis nobilibus viris, videlicet domino Alberto Narwszowicz et coram domino Jacobo Jwszkowicz, et aliis quam pluribus fidedignis in premissis constitutis. In quorum rei testimonium sigilla nostra duximus subimpressa.

346. [a] largiandam *Or.*

347.

B. m., 10 lipca 1486.

In nomine Sancte Trinitatis et individue unitatis[a] amen. Quoniam humana memoria | eternitati non commensuratur, expedit igitur, ut ea quę fiunt in humanis negociis ad perpetuitatis certitudinem dedu|cantur proborum testimonio et sigilorum munimento. Ego igitur Narbuth Gynuilovicz[b 1] universis et singulis, presencium | noticiam habituris publice recognosco et profiteor, quod non coactus nec compulsus, sed animo deliberato meorumque amicorum et consanguineorum maturo consilio prehabito, hominem dictum Paczusz[c] cum[d] duobus filiis Andrusz et Meylusz[e] nominibus et cognominibus his vocatos et appelatos, una cum uxoribus et pueris ipsorum et duabus terris, una circa lacum Sczyrny et alia circa lacum Goylony[2] in districtu Vilnensi sita, vendidi et presentibus vendo reverendissimo in Cristo patri et domino domino Andree Dei gracia[f] episcopo Vilnensi suisque legitimis successoribus ceteris episcopis pro decimocto sexagenis latorum grossorum monete Pragensi(s) et numeri in magno ducatu Lythuanie consueti, ad utilitatem meam et meorum successorum integre et complete receptorum. Que quidem bona hereditaria cum dictis hominibus prefato domino episcopo et suis successoribus cum omni iure, dominio, iudicio, potestate, libertate, quibus ipse possidebam hactenus, cum omnibus agris cultis sive colendis, locatis sive[g] locandis, areis, argultis, silvis, nemoribus, indaginibus, sareptis, rubetis, borris, mericis, mellifici(i)s, venacionibus, pratis, pascuis inventis et inveniendis, constructis et construendis, stagnis, lacubus, paludibus, vallibus, montibus, aquis fluentibus, piscinis, piscaturis et earum[h] decursibus, cum omnibus ac universis usibus, fructibus, utilitatibus, censibus, proventibus, contribucionibus, redditibus, serviciis, laboribus, honoribus et donacionibus quibuslibet pacifice et quiete, libere[i] et perpetue resigno habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, vendendum, com(m)utandum, alienandum ac[j] in usus suos beneplacitos convertendum, prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expediri. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum. Actum et datum Vilne, feria sexta in crastino Trium Regum anno Domini millesimo quadricentessimo nonagesimo primo. Presentibus honorabilibus magistro Adam capellano in superiori arce Vilnensi[3] et magistro Bernardo domini Jachno advo-

369. [a] In nomine Domini amen *Lib. I* [b] Naburch Gynnylowycz *Lib. I* [c] Paczussz *Lib. I* [d] et *Or. i kopje* [e] Andrussz et Meylussz *Lib. I* [f] *tych dwóch wyrazów w Lib. I brak* [g] seu *Lib. I* [h] eorum *Or. i Lib. I* [i] *w Lib. I brak tego wyrazu* [j] hac *Or.*

369. [1] *Pochodzi zapewne z rodu Nacza Ginwiłowicza h. Doliwa, o którym ob. Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Roczniku Herald. T. VIII (1926/7) str. 138 i nast.* [2] *Styrnie i Gajłuny, jeziora w pow. wileńskim, 67 km. na pn. od Wilna, między Malatami a Łabonarami* [3] *T. j. w kościele św. Marcina na górnym zamku wileńskim.*

cati Vilnensis filio et Jacobo altarista[k] in Troki, Petro mansionario Sancte Trinitatis Vilnensis et nobilibus Bogdan Andreyevycz[k] et Petro fratre eius et Johanne Malevycz, Venczeslao Olechnovycz, Benedicto Sknyathowycz, et aliis quam plurimis fidedignis etc.

370.

Uszakowo inaczej Wojstom, 30 maja 1491.

Stefan Andruszkowicz Jado(ł)gowicz inaczej Radziwiłł z Uszakowa, bezdzietny, zapisuje nowy swój dwór wraz z ludźmi braciom, a kościołowi św. Jerzego w Uszakowie inaczej Wojstomiu kolacji swojej i braci nadaje: ludzi swoich poddanych w Oszmiańskiem zwanych oddawna Bojarskimi i Łubkami, przytoczonych po imieniu z osobna; własnych poddanych zwanych Owiatczyszy, *również imiennie wyliczonych wraz ich posiadłościami i obowiązkami; ziemię swoją, gdzie był stary dwór, szczegółowo umiejscowiony; zobowiązując parocha Wacława Kraseczkę i jego następców do odprawiania co miesiąc mszy św. za duszę swoją w tymże kościele przed własnym ołtarzem.*

Or. brak.

Kop. 1. Czart. k. 45'—46. — 2. Lib. Magn. k. 37.

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty bisk. wil. T. I str. 85 (mówi o fundacji altarji w kościele wojstomskim). — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 206.

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Notum sit universis et singulis notitiam habituris, has praesentes literas audituris aut lecturis: Quod ego nobilis Stefanus Andruszkowicz Jatolgowicz alias Radziwiłł[1] in Uszakowo[2], in provecta aetate mea videns me Dei praedestinatione prole in hoc saeculo carere, quae decessum meum in bonis meis haereditaret, diligenter hoc considerabam, quo mihi misericordiam Dei consequerer. Ita nunc cum sim sanus corpore et mente, non invitus neque fraude aliqua deceptus, sed mera et bona voluntate mea volens lucrari salutem animae meae, relicta fratribus meis aula mea in Uszakowo noviter aedificata hominesque na Rusi et Oszmiana, do et ascribo ecclesiae S. Georgii in Uszakowo alias Ffoystom collationis meae fratrumque meorum certos homines subditos meos, qui pertinebant ad hanc meam aulam, quam aedificatam ego teneo et possideo residentem in Uszakowo alias Ffoystom, et hi homines manentes prope fluvium Viliae, qui vocantur ab antiquis annis Boiarscy et Lubki[a], et nominando quemlibet eorum proprio nomine, primum Michaiło Lubkowicz, secundum Allekszey Lubkowicz, tertium Lubko Pawlukowicz, quartum Sczepul Ihriszko Odziereyki cum filiis et nepotibus et posteris eorum, qui modo vivi extant[b] et futuri erunt, cum omnibus terris, campis, tributis et laboribus omnique debito officio, quod mihi exequebantur; item alios homi-

369. [k] altaristae *Or.* [1] *Lib. I końcówkę pisze* wycz

370. [a] Zubki *Czart.* [b] erunt *Czart.*

370. [1] *Niewątpliwie syn Andruszka Jadogowicza, jednego z fundatorów kościoła w Uszakowie (ob. wyżej str. 259 Nr 232 w. 6 i nast.). Imię Radziwiłł nosił brat Andruszka (ob. tamże w. 31 oraz str. 387 Nr 331).* [2] *Objaśnienie tej miejscowości ob. wyżej str. 258 Nr 232 przyp. 1.*

nes meos subditos proprios, qui manent cum hominibus subditis consanguinei mei nobilis domini Nicolai Szymonidowicz Niemiera pod Daniszowem[3] et vocantur antiquitus Owiatczyszy nomine, primum Ffasko Woronowicz, secundum Alekszey Czyzyk, tertium Hryszko Szoika Offiedczycz, quartum Waszil Lubkowicz cum filiis et nepotibus eorum, qui modo vivi extant et futuri erunt, cum omnibus terris, campis, tributis et laboribus omnique debito officio, quod mihi exequebantur; item do et lego terram meam propriam Siedliscze, in qua sita fuerat aula mea antiqua podle drogi, tendentem ab aula mea mimo koszczell nass ad Horkolle[4] y do Dubotollkoff[5], cuius latitudo et longitudo est ad quinquaginta tunnas, absque piscinis, pratis et silvis, quae adiacent eidem terrae alias Szedliscze. Hunc campum et agrum cum praedictis hominibus, cum piscinis, pratis et silvis do per praesentes et ascribo perpetuis temporibus huic ecclesiae praedictae in Vszakowo alias Ffoistom positae et parocho nostrae parochialis venerabili Venceslao Kraseczka et successoribus aliis parochis, ad quam hanc legationem meam omnes fratres mei neque ullus consanguineorum meorum aliquid iuris habere, neque post mortem meam voluntati meae contradicere possunt. Parochus autem in hoc templo S. Georgii tenetur et tenebitur ad altare meum positum ad latus templi huius in dextera parte pro anima mea na cazdym miesiącu mszy S. Chrystyny odprawować. Actum est coram fidedignis, hoc est in praesentia nobilium Stanislai Michałowicz Butwillowicz, nobili Adamo Wołodkowicz, nobili Szebestiano Stankowicz et nobili Szteczko Szymkowicz, qui propter corroborationem et confirmationem huius voluntatis meae spontaneae me rogante sigilla sua ad has literas meas affigi iusserunt. Ego quoque praedictus Radivill Jadollgowicz in Uszakowo ad maius testimonium sigillum meum affixi. Datum in aula mea Uszakow Ffoistom, feria secunda post festum S. Trinitatis hamen.

371.

Rzym, 2 grudnia 1491.

Papież Innocenty (VIII) powiadamia kapitułę kościoła łuckiego o obsadzeniu przez siebie tegoż kościoła osobą Jana elekta łuckiego po śmierci biskupa Stanisława, nakazując przyjąć go z posłuszeństwem i uszanowaniem.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, pięknie zachowany, 42 × 25 + 6 cm. — Na sznurze jedwabnym wisi bulla papieża Innocentego VIII, dobrze zachowana. — Inicjał I(nnocencius) *na lewym marginesie. — A. Zapiski kancelaryjne: 1) pod zakładką z lewej strony na marginesie:* de(cember), *obok pod tekstem* ×× Scriano, *pod tem inną ręką:* Ach. de Maffeis; *2) niżej na zakładce od wewnątrz:* D. Galletus. Ad e*(?)* palosus*(?)* pro comput.; *3) w środku trzy własnoręczne podpisy jeden pod drugim:* B. de Maffeis, A. de Piccolominibus, Ste. Caramellus; *4) na zakładce z prawej strony ręką pisarza:* P. de Piccolominibus, *nieco wyżej przy brzegu:* pro turchis; *5) na odwrociu na złożeniu wierzchniem: litera* R(egestrata), *u jej spodu:* tractus prothon. *a w górnym jej brzuszku wpisane* L; *6) poniżej:* P. de Vallcoletiis*(?). — B. Zapiski archiwalne: 1)* Provisio episcopatus Luceoriensis *(w. XVII); 2) sygnatura z w. XVI:* 34; *3) między nacięciami bulli zapisek wyskrobany.*

370. [3] *Daniszewo (Daniuszewo), dziś miasteczko nad Wiljią na wsch. od Wojstomia.* [4] *Folwark Horkol (Gorkol) leży 5 km. na pn.-zach. od Wojstomia (Uszakowa).* [5] *Dubatówka, miasteczko o milę na pn.-zach. od Wojstomia.*

Reg. 1. Korzeniowski J., Excerpta ex libris manu scriptis Archivi Consistorialis Romani (w Scriptores Rer. Pol. T. XV [1894] str. 79 nr 19 z Acta Camer. I, gdzie jest podany jako Johannes Nicolai *i archidiakon wileński). — 2. Abraham W., Sprawozdanie (II) str. 157 (z Arch. Watykańskiego, Oblig. et Soluc. T. X f. 106 przy dacie 7 grudnia jako dniu złożenia opłaty).*

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis capitulo ecclesie Luceoriensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie ecclesie vestre | tunc per obitum bone memorie Stanislai olim episcopi Luceoriensis[1] extra Romanam curiam defuncti pastore carenti, de persona dilecti | filii Johannis electi Luceoriensis[2] nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de eorundem fratrum consilio duximus | apostolica auctoritate providendum, preficiendo eum dicte ecclesie in episcopum et pastorem ac curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefato Johanni electo tamquam patri et pastori animarum nostrarum humiliter intendentes ac exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem Johannes electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo primo quarto nonas Decembris[a], pontificatus nostri anno octavo[b].

372.

Wilno, 29 czerwca 1477—1491.

Olechno Sudymuntowicz wojewoda wileński do Waśka Ljubicza pisarza królewskiego i dzierżawcy lubeckiego, aby nie budował jazu na rzece Dnieprze przy Strzeszynie na szkodę kanoników wileńskich, a to w myśl wyroku sądu, który się odbył w tej sprawie.

List oryginalny w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Papierowy, na karteczce 21·8 × 9·4, na brzegach zwłaszcza w zagięciach nieznacznie naddarty, zresztą doskonale zachowany. List pierwotnie zamknięty na złożeniu spodniem pieczątką z zielonego wosku, okrągłą, średnicy 25 mm, która przy otwarciu została skruszona niemal zupełnie, tak że tylko plama w tem miejscu i ledwie ślady wosku pozostały. Po obu stronach pieczątki dwa nacięcia w papierze na wskroś, przez które przeciągnięty był niegdyś pasek, którego ślad do dziś widoczny. Na odwrociu na złożeniu wierzchniem adres ruski ręką tekstu: + Prijatelju naszomu panu Wasku Ljubiczu pisarju hospodarja naszoho naměstniku Ljubetckomu. *Niżej zapisek blisko-*

371. [a] *te trzy wyrazy wpisane współcześnie inną ręką bledszym atramentem* [b] *ten wyraz wpisany współcześnie bledszym atramentem j. w.*

371. [1] *Stanisław syn Jakóba ze Stawu kanonik wileński, »nobilis«, prekonizowany na stolicę biskupią w Łucku d. 9 listopada 1483 (ob. Eubel C., Hierarchia catholica m. ae. T. II² str. 181 oraz Abraham W., Sprawozdanie (III) str. 32 i 33); czyt. o nim X. Fijałka J., Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę (Polska i Litwa w dziejowym stosunku str. 166 z przyp. 1).* [2] *Jan syn Mikołaja z Wilna, archidiakon wileński, † przed 30. V. 1502 (ob. Eubel, l. c. oraz Korzeniowski J., Excerpta... str. 79 i 81 nr 19 i 27); czyt. o nim X. Fijałek l. c.*

czesny: Litterae Sudzymundi pallatini Vylnensis ad notarium regni factorem in Lyvbyecz, ne obstaculum in Borystene alias Nyepr haberet *(ręka w. XVII dopisała:)* Juni 29. *Poniżej w w. XVIII ręką ks. Grudzińskiego:* List od woiewody wilenskiego do Waśka Lubicza namiestnika Lubeckiego, aby jaz na rzece Dnieprze nie zabijał in praeiudicium dobr Strzeszyna kapipituły wileńskiej.

Ot Olechna Sudymontowicza[1] woewody wilenskoho prijatelju moemu panu Wasku pisarju hospodarja naszoho korolja eho miłosti, naměstniku | Ljubetckomu[2], poklon i prijaznь. Zděs nam howorili kanowniki wilenskii na twoju milostь sztoż děi twoja milost u ich | zemli u[a] Strěszině[3] zabil jezъ sobě na bondu na Dnebrě, a tomu wżo děi sudь byl; sudili obczii ljudi Horwolci[4], naszlii tam kanownickich ljudei wo wsem prawych, i listъ sudowyi zděs pered nami kanowniki klali. Ino twoei milosti powědalbych prawa, ino sam twoja milostь praw znaet, i pisywal twoja milostь prawa, hdě wżo obczoě prawo bylo tut, by twoja milost dal u pokon, kotoraja twoei milosti korystь, szto twoja milostь cerkowъ Bożiju kriwditь. Pisan u Wilni, junija 29.

373.

(Wilno), 1491.

Mikołaj Niekrasz i Bogdan bracia sprzedają ks. Janowi wikaremu konwentu franciszkańskiego NMP. w Wilnie sianożęć swoją i las za trzy kopy i dwadzieścia groszy litewskich.

Or. i Kop. brak.

Przekł. polski na dwóch luźnych kartkach w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej: 1. z w. XVIII z wskazaniem sygnatury dokumentu: Sub Litt. AA. N° 32 do A°. 1491; *sygnatura przekładu:* str. 2 Nr 4; *regest na marginesie inną ręką:* Kupny las y sianożęć. — *2. z początku w. XIX z sygnaturą na odwrociu:* Od. 2. Fas. 1. N. 2 *i regest ręką tekstu:* R[o] 1491 Przedaż na Sianożęc y Las od Bohdana y Mikołaia y Niekrasza, *poniżej:* do Rykoń.

Reg. w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie z 5 grudnia 1522 (ob. wyżej str. 37 Nr 22) w słowach: (19) Alias item litteras quibus Nicolaus Nekrass, Bogdan fratres pratum suum pro tribus sexagenis eiusdem monasterii fratribus se vendidisse fatentur.

W imie Panskie amen. Ponieważ wszytkie czynności ludzkie w niepamięć iść zwykły, potrzeba jest, aby one wyraźnym pismem na wieki bywały[a] utwierdzane. Dlatego my bracia, to jest Mikołaj Niekrasz i Bogdan przedajemy sianożęć naszą y las wielebnemu xiędzu Janowi wikaremu wileńskiemu zakonu Braci Mniejszych u Panny Marii za trzy kopy y groszy litewskich dwadzieście bez zadnej przeszkody. Ktore nasze własne dziedzictwoześmy przedali, na tey rzeczy przyświadczenie byli uczciwi panowie, jako to Juszko Tunkowicz, pan Mikołay Jucewicz[b], Marcin Bierba i innych dość wiele w roku 1491. I prosiliśmy pana Jerzego, aby zawiesił swoją pieczęć dla utwierdzenia prawdy. L. S.

372. [a] *poprawione tą samą ręką z* na

372. [1] *Ob. o nim objaśnienie na str. 362 Nr 307 przyp. 1.* [2] *Lubecz, dawny gród i siedziba starostwa nad Dnieprem w dawnem województwie czernihowskiem.* [3] *Strzeszyn ob. objaśnienie na str. 35 Nr 20 przyp. 1.* [4] *Horwal, dawny gród i miasto w województwie mińskiem, nieopodal ujścia Berezyny do Dniepru.*

373. [a] były *Przekł. z w. XIX* [b] Jusewicz *Przekł. z w. XIX*

374.

B. m., 20 stycznia 1492.

Kazimierz (Jagiellończyk) król polski i wielki książę litewski odnawia swoje nadanie uczynione w Wilnie 3 stycznia 1441 dla kościoła w Pobojskach.

Or. brak.

Kop. 1. Czart. k. 20. — 2. Lib. Magn. k. 13'—14.

Kazimirus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Littuaniae, Russiae Prussiaeque dominus et haeres *(następuje tekst dokumentu wydanego w Wilnie 3 stycznia 1441, ob. wyżej str. 191 Nr 168).* Anno eiusdem Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo ipso die sancti Phabiani renovatum, ad relationem magnifici Nicolai Radywil palatini Vilnensis et magni ducis Littvaniae cancellarii.

375.

Wilno, 1 lutego 1492.

Wojciech Tabor elekt i administrator wileński czasu wakansu stolicy wileńskiej, na żądanie Kazimierza króla polskiego i wielkiego księcia litewskiego tudzież rady jego wielkoksiążęcej, zleca swemu notarjuszowi transumować w formie aktu publicznego tekst pokoju melneńskiego (akt Zakonu Niemieckiego) z 27 września 1422, na co przykłada własną swoją pieczęć.

Or. brak.

Kop. Lib. I 2 k. LXXI'—LXXX' z nagłówkiem: Privilegium et inscriptiones inter Vladislaum regem Polonie et magistrum generalem Prussie.

In nomine Domini amen. Universis et singulis cristifidelibus cuiuscunque status, gradus ac eminencie fuerint, presentes literas sive presens transsumpti publicum instrumentum inspecturis, visuris, lecturis et audituris, seu quibus hoc ipsum transsumpti publicum instrumentum exhiberi contingerit, Albertus Tabor electus et administrator Vilnensis sede vacante salutem in Domino ac humilem com(m)endacionem cum oracionibus in Christo devotis et presentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis, quod nos vidimus, tenuimus, legimus et diligenter inspeximus litteras privilegii et inscripcionis tenoris infrascripti magnifici et venerabilis domini fratris Pauli de Russdorff ordinis Hospitalis Beate Marie Theutonicorum Iherosolimitani magistri generalis et venerabilis ac religiosi viri fratris Sifridi[a] Landere de Spanheim dicti ordinis per Liuoniam preceptoris generalis et prelatorum ac dominorum ordinis prefati sigillis maioribus in cedulis de pargameno appensis sigillatas, veras, sanas et integras, non viciatas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, per serenissimum ac illustrissimum principem et dominum dominum Casimirum Dei gracia regem Polonie, magnum ducem Lythuanie, Russie, Prussie Samogittieque dominum et heredem etc. sueque serenitatis dominos de consilio magni ducatus Lythuanie nobis concessas. Quarum quidem litterarum tenor sequitur successive et est talis:

Tu na k. LXXIX'—LXXX' następuje tekst traktatu, zawartego między w. mistrzem Zakonu Niemieckiego Pawłem de Rusdorf a królem Władysławem Jagiełłą i w. ks. Wi-

375. [a] Lifridi *Lib. I*

tołdem nad jeziorem Melnem d. 27 września 1422 (jest to akt ze strony Zakonu, ob. Raczyński, Codex dipl. Lithuaniae str. 255—92).

Quibus quidem litteris diligenter inspectis, ad requisicionem ipsius serenissimi principis et domini domini Casimiri Dei gracia regis Polonie et magni ducis Lythuanie etc. et suae serenitatis dominorum de consilio Magni Ducatus prefatorum, per notarium nostrum publicum infrascriptum ipsas exemplari mandavimus et transsumi ac in publicam formam redigi; decernentes et volentes, ut huic presenti transsumpto publico sive exemplo plena fides deinceps adhibeatur ubilibet in locis omnibus et singulis, quibus fuerit oportunum ipsumque transsumptum fidem faciat et illi stetur ac si originales[b] ipse littere apparerent. Quibus omnibus et singulis auctoritatem ordinariam interposuimus et decretum, et ad ampliorem evidenciam premissorum omnium et singulorum sigillum nostrum presentibus duximus appen(dend)um. Datum et actum Vilne, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, indicione secunda, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii divina providencia pape octavi anno ipsius octavo, die vero Mercurii prima mensis februarii. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris dominis Joanne de Tworkouo of(f)iciali, Georgio de Volozyna et Alberto de Buk canonicis Vilnensibus, Mathia de Cholchlo curato, Joanne de Oszmana et Stanislao de Syelub in ecclesia cathedrali Vilnensi altaristis, necnon legali Thilemano Soffran apostolica auctoritate notario publico Hildesemensis diocesis apostolico, testibus circa premissa.

376.

Wilno, 24 lutego 1492.

Kazimierz (Jagiellończyk) król polski i wielki książę litewski na prośbę ks. Stanisława plebana w Nieświeżu zatwierdza i wznawia przywilej, już zaginiony, ale zachowany w odpisie, fundacji i uposażenia tegoż kościoła niegdy przez Mikołaja Niemirowicza; uposażenie to kościoła i jego rektorów obejmuje: trzech ludzi do wszelkiej posługi i pracy, plac Ostrów, na którym stoi kościół wraz z plebanją i wszelkiemi łąkami; karczmę wolną w Nieświeżu i jednego kmiecia w Kukowiczach, z wszelką jego powinnością; dań miodową od ludzi wymienionych i dziesięcinę zbożową z obu dworów, Nieświeża i Dworca; po dwa woły i jednym koniu do orania corocznie, opłatę pieniężną „kunicę“ i „jałowicę“ od ludzi tegoż dystryktu nieświeskiego; wolne rybołostwo w stawie i jego rzece; wreszcie za plac opuszczony zw. Dąbrową, dany sobie za zgodą biskupa Wojciecha, nadaje kościołowi plac inny, dogodniejszy zw. Tywonowizną.

Or. brak. Istniał on jeszcze w r. 1522 (ob. niżej Kop. 1).

Kop. 1. Tyszk. k. 1'—2 nr 1 z dopiskiem przy końcu tą samą ręką: Sta: Comorowsky ex originali transumpsit. — *2. Rpis Czart. nr 1775 (5718/19) Wizyta Brzostowskiego z r. 1700 raz na str. 1603/4 (dawniej k. 830) i drugi raz str. 1653/4 (dawniej 856), odpisy bezpośrednie z Kop. 1, jak zaznaczono w tych kopjach.*

Reg. 1. X. Fijałek Jan, Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 162 przyp. 2. — 2. Jakubowski Jan, Czy istnieli kniaziowie Nieświescy, w Ateneum Wileńskiem R. I z. 1 (Wilno 1923) str. 2.

375. [b] originales *Lib. I*

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum, qui sub tempore fiunt, successu temporis e memoria hominum labentur, neccessarium est easdem litterarum apicibus cum testium fidedignorum annotacione ac sigilli ap(p)ensione perhennari. Proinde nos Casimirus Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithvanie, Russie Prussieque dominus et heres, universis et singulis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, tenore presencium significamus: Quomodo veniens honorabilis Stanislaus plebanus in Nyeswysch[1] suplicavit nobis, quatinus fundacionem ac dotacionem ecclesie in eadem Nyeswysch, per generosum olim Nicolaum Nyemirowicz[2] factam, confirmare privilegiumque eiusdem renovare et aprobare dignaremur. Cuius quidem fundacionis hoc idem privilegium, licet sit perditum, nos tamen indempnitati ecclesiastice providere cupientes, visa illius copia, fidem habentes de validitate et integritate illius, tanquam illud sub sigillis et ceteris munimentis ad id pertinentibus videremus, eandem dotacionem sive privilegium renovavimus et aprobavimus ac denuo dotavimus renovamusque, aprobamus et denuo dotamus per presentes, eidem ecclesie et suis rectoribus tres homines ad quodlibet servicium et laborem obligatos, duos videlicet in Kolczyanoviczi[3], Ivan et Procopium dictos, tercium vero in eadem villa Nyeswysch citra curiam nostram degentem Kvnaczovicz dictum; ac aream dictam Osthrow, in qua prefata ecclesia ac eiusdem plebani curia sitta est, cum omnibus pratis, ita quod nullus se in eandem intromittere debet; et tabernam ibidem in Nyeswysch voluntariam, ita quod nulla alia taberna illuc in detrimentum ac dampnum ipsius statui et propinari debet; et unum kmethonem in Cvczoviczi[4] dictum Sydorzecz cum omni dacione, censu ac proventu per ipsum solvend(is); ac dacionem mellis super hominibus de Woynyloviczi[5], Vczdenys et Thymoszkoviczi dictis; ac decimam utriusque curie tam Nyeswyssz quam Dworzecz tocius grani, duntaxat excepta avena, ac de ortis tocius sementi ac olerum; insuper per duos boves et unum equum pro aratro valen(tes) singulis annis, pecuniasque mardurum alias c v n y c z e alias pecudum j a l o w i c z e ex hominibus eius districtus Nyeswyzensis; etiam piscacionem voluntariam in stagno per prefatum olim Nyemyrowicz factam et in fluvio eiusdem stagni superius ascendendo v a t h y s, obstaculis et aliis retibus minoribus duntaxat faciendo; item quia necessitate nostra exigente quandam aream desertam Dvbrova dictam, quam ipse Nyemyrowicz ecclesie prefate dotaverat, cum reverendi patris domini Alberti consensu ad id legittime facto recepimus, pro ipsaque area aliam aream ipsi ec(c)lesie commodiorem Thywonowyssna dictam per commutacionem dedimus et inscripsimus realiter in effectu, damusque et dotamus et inscribimus prefatam aream cum omnibus superius descriptis ecclesie et suis rectoribus tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum perpetuo et in ewm; eciam idem rectores potentes in molendinis nostris molere omnia frumenta, mensura minime salva. Datum Wylne, in vigilia beati Mathie apostoli[a] anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Presentibus ibidem reverendissimo patre domino Alberto electo Wylnensi, Nicolao Radiuil palatino Wylnensi et magni ducatus Lithvanie cancellario, Georgio Pacz Nowogrodensi ac Joanne Zabrzesynsky Polocensi tenutariis, et aliis quam pluri(mis) fide-

376. [a] *ręka w. XVIII rozwiązała tę datę na marginesie mylnie na* 23 februarii 1498

376. [1] *Nieśwież, dziś miasto powiatowe w Nowogródzkiem nad rzeką Uszą, dawna rezydencja Radziwiłłów.* [2] *Ob. o nim objaśnienie wyżej na str. 315 Nr 271 przyp. 1.* [3] *Koczanowicze, wieś położona o 6 km. na pd.-wsch. od Nieświeża.* [4] *Kukowicze, wieś położona o dwie mile na pd.-wsch. od Nieświeża.* [5] *Wojniłowicze, wieś 5 km. na pd. od Nieświeża.*

dignis circa premissa. Relacio eiusdem magnifici Nicolai Radiuil palatini Wylnensis et magni ducatus Lythvanie cancellarii.

377.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492)[1].

Kazimierz Jagiellończyk król polski i wielki książę litewski kościołowi parafjalnemu pod wezwaniem P. Marji w Grodnie, założonemu i uposażonemu przez Witołda, zatwierdza uposażenie w następującej pod ten czas rozciągłości: w mieście Grodnie plac z domem plebańskim, z zagrodnikami, wyrobnikami i komornikami; dwie wolne karczmy przy tymże kościele; z zamku grodzieńskiego rocznie po cztery miary miodu i wosku, tudzież na Wielkanoc szereg świec do nabożeństwa; dziesięciny snopowe prócz prosa w trzech miejscach; wreszcie dwór Czolkodowo *z całą przynależnością; dziewięć jezior, których położenie i nazwy wymienia.*

Dokumentu brak; zaginął on wedle wzmianki zatwierdzającego i uzupełniającego to nadanie dokumentu Aleksandra wielkiego księcia litewskiego z d. 28 lutego r. 1494 (ob. niżej pod tą datą), który to dokument jedynie przechował treść uposażenia dwóch poprzednich książąt, niewątpliwie na podstawie przekazu dokumentu Kazimierzowego nieznanej daty. Przytoczyło się już wyżej ustęp z dokumentu Aleksandra z r. 1494, gdzie mowa jest o dawniejszych uposażeniach (ob. wyżej str. 140 Nr 115).

378.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk król polski i wielki książę litewski nadaje kapitule katedralnej wileńskiej przywilej na ziemię Dokurniszki.

Or. *(ruski) istniał jeszcze w r. 1830, jak świadczy katalog Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej z tegoż roku na str. 19, gdzie w dziale Przywilejów pod N⁰ 3⁰ w pozycji 8 znajduje się zregestowany:* Przywilej krola Polskiego WXL. Kazimierza na małej ćwiartce dawnym ruskim charakterem pisany na ziemie Dokurniszki[1] Kapitule Wileńskiej do kościoła katedralnego wileńskiego wydany w autentyku.

Reg. *1. Ob. pod* **Or.** — *2. Opisanije rukop. otd. Wilenskoj Publ. Biblioteki, Wyp. I (Wilno 1895), priloż. § II str. 18 (streszczenie krótkie, jak wyżej w nagłówku).*

379.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk czyni pewne nadanie na rzecz kościoła parafjalnego w Porozowie[1].

377. [1] *T. j. dniem śmierci króla Kazimierza Jagiellończyka.*

378. [1] *Dokurniszki, dobra w pow. oszmiańskim, należące do gminy Soły, 18 km. na pn.-wsch. od Oszmiany (Słown. Geogr. T. XV 424).*

379. [1] *Ob. objaśnienie tej miejscowości wyżej str. 264 Nr 234 przyp. 2.*

Tekstu brak. Wzmianka o przedłożeniu takiego dokumentu Zygmuntowi I znajduje się w dokumencie tegoż króla wydanym w Brześciu (Litewskim) d. 16 lipca r. 1511, zatwierdzającym nadania poprzedników i transumującym akt fundacyjny Jana Jagintowicza Rymowida dla tegoż kościoła z 29 czerwca r. 1460 (ob. wyżej str. 263/4 Nr 234 Kop. 1).

380.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk nadaje kościołowi parafjalnemu w Puniach[1] *dwie kopy groszy litewskich ze swych poborów książęcych, zwanych kapszczyzną*[2].

Tekstu brak. Wiadomość o tym ruskim dokumencie jednego z niewymienionych przodków Aleksandra Jagiellończyka znajduje się w akcie tegoż króla dla kościoła parafjalnego w Puniach, wydanym w Wilnie d. 5 lipca r. 1503 (ob. niżej pod tą datą); można przypuszczać, że nadawcą tym był król Kazimierz Jagiellończyk, a to na podstawie dalszej wzmianki w tymże dokumencie, iż ruskie to nadanie przedłożył królowi poprzedni pleban.

381.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk czyni szereg nadań w posiadłościach i dochodach na rzecz kościoła parafjalnego pod wezwaniem św. Andrzeja apostoła i Marji Magdaleny w Słonimie[1].

Tekstu brak. Wiadomość o dokumentach po rusku pisanych, tyczących się tych nadań, mieści się w zatwierdzeniu uposażenia wspomnianego kościoła przez króla Aleksandra w Wilnie z d. 2 maja r. 1493 (ob. niżej pod tą datą).

382.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk uposaża kościół parafjalny pod wezwaniem Ś. Piotra w Hoży[1].

Tekstu brak. Wspomina o tem nadaniu, spisanem na papierze w języku ruskim, zatwierdzenie tegoż przez króla Aleksandra z d. 3 czerwca r. 1494 (ob. niżej pod tą datą), któremu przedłożył je wówczas pleban hoski.

383.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk uposaża kościół parafjalny w Odelsku[1] *pod wezwaniem Wniebowzięcia NPM. pewnemi dobrami i daniną miodową.*

---

380. [1] *Punie, dziś miasteczko w pow. olickim w dzisiejszej Litwie nad Niemnem na zachód od Trok.* [2] *Kapszczyzna, opłata skarbowa z karczem.*

381. [1] *Słonim, miasto w Nowogródzkiem nad Szczarą.*

382. [1] *Hoża, wieś nad Niemnem po prawym brzegu, dwie mile na pn. od Grodna.*

383. [1] *Odelsk, dziś miasteczko na Podlasiu w Białostockiem, dwie mile na wsch. od Sokółki.*

Tekstu brak. Wzmianka o tem uposażeniu mieści się w przywileju króla Zygmunta Starego dla kościoła odelskiego, wydanym w Krakowie d. 12 września r. 1515, podającym wiadomość, że dokument ten spłonął w pożarze tegoż kościoła: et licet ipse (plebanus) sit in possessione pacifica bonorum, que contulit dicte ecclesie felicis recordationis genitor noster divus rex Casimirus... *a w drugiem miejscu:* ...pro duabus vero tunnis mellis alias wschathky, quod mel ex privilegio Casimiri parentis nostri... singulis annis dabantur *i t. d.*

384.

B. m. i d. (przed 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza uposażenie Myszki na rzecz kościoła parafjalnego św. Mikołaja w Wołkowysku [1] *w postaci dziesięciny zbożowej i ogrodowej z dóbr Probojowa* [2].

Tekstu brak. Wspomniane jest to nadanie Myszki i jego zatwierdzenie przez króla Kazimierza w przywileju króla Zygmunta I dla kościoła w Wołkowysku, wydanym w Brześciu (Litewskim) d. 9 sierpnia r. 1511 (ob. w Tomie II pod tą datą).

385.

B. m. i d. (między 22 lutego 1476 a 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza fundację altarji kieżgajłowskiej w kościele katedralnym wileńskim, dokonaną przez Michała Kieżgajłowicza wojewodę wileńskiego w Wilnie d. 22 lutego 1476.

Tekstu brak. Wzmianka o istnieniu tego zatwierdzenia mieści się 1) w przywileju króla Aleksandra dla Stanisława Janowicza starosty żmudzkiego z d. 1 września r. 1496, gdzie mowa jest o zapisie Michała Kieżgajłowicza cum consensu speciali divi genitoris nostri *(ob. niżej pod tą datą); 2) na marginesie przekładu polskiego transumptu króla Zygmunta I, zatwierdzającego akt fundacyjny wojewody Michała, w Wilnie d. 18 października r. 1536, z wieku XVII, gdzie czytamy:* Confirmatie były: Kazimierza Króla etc. *(ob. wyżej str. 348 Nr 296); możliwe jednak, że wzmianka ta o konfirmacji Kazimierza dotyczy zgody królewskiej na fundację, zawartej w zaginionym dziś dokumencie, o którym wspomina akt wojewody Michała (ob. str. 349 Nr 296 w. 8—9).*

386.

B. m. i d. (między 4 marca 1484 a 7 czerwca 1492).

Kazimierz Jagiellończyk funduje i uposaża kaplicę w katedrze wileńskiej pod wezwaniem NMP., ŚŚ. Andrzeja i Stanisława [1], *w której pochowany został syn jego św. Kazimierz.*

---

384. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 141 Nr 118 przyp. 1.* [2] *Miejscowość nieodgadniona, niegdyś widocznie pod Wołkowyskiem.*

386. [1] *Kaplica ta, zwana także Królewską, była kaplicą grobową Jagiellonów; topografję jej i charakter objaśnia ks. J. Fijałek w Opisach Wilna w Ateneum Wileńskiem zesz. 5/6, Wilno 1924 str. 131/2 (ze wskazaniem zapisku Jana z Targowiska).*

Tekst przywileju nieznany. Wiadomość o tej fundacji mieści się w bulli odpustowej papieża Aleksandra VI z d. 10 maja r. 1501 dla tejże kaplicy, uzyskanej przez Erazma Ciołka proboszcza wileńskiego (ob. niżej pod tą datą), a także w zapisku Jana z Targowiska w MPH. T. III str. 237).

387.

Grodno, 7 czerwca 1492.

Stanisław Janowicz starosta żmudzki uposaża kościół w mieście swojem Mścibowie, ufundowany przez swego ojca Jana pod wezwaniem św. Jana Chrzciciela, Michała archanioła i św. Barbary panny a nadany przez siebie Albertowi z Pietrykowa plebanowi diecezji łuckiej, zapisując kościołowi i jego rządcom: dziewięciu ludzi podanych imiennie; czynsz dwóch kóp groszy rocznie z dwóch karczem w Mścibowie i tyleż z dworu w Mścibowie; pola, dąbrowy i łąki w okolicy Mścibowa z granicami szczegółowo podanemi; dziesięcinę wszelkiego zboża z dworu mścibowskiego; kamień wosku z beczką miodu nieprzaśnego od danników z Polyescze.

Or. brak.

Kop. Tyszk. k. 32'—33' nr 30.

Reg. 1. Ks. Mamerta Herburta obszerne streszczenie w języku polskim w rpsie Czart. 3516 przy końcu tomu II (B) k. 32 z datą 4 przed Penthec. (z Kop.). — 2. X. Fijałek J., Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 162 przyp. 2.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum humana opera in se multum sunt labilia[a] et a memoria hominum, que multum labilis[b] est et caduca, evanescant, necesse est, ut literarum apicibus et testimonio fidedignorum roborentur. Proinde nos Stanislaus Janowicz[1] capitaneus Samogithiensis, huius mundi fragilitatem perpendentes, volentesque terrena in eterna felici comercio commutare salutique anime dum in humanis existimus[c] salubriter providere, speran(tes) post huius vite occasum ad eternam transferri vitam, ec(c)lesiam parochialem in oppido nostro Msczybow[2] nostre collacionis in honorem sanctorum Joannis Baptiste, Michaelis archangeli ac Barbare virginis per magnificum et generosum dominum Joannem Kyeschgalowicz[3] patrem nostrum dive memorie erectam, fundatam et edificatam, ad quam honorabilem dominum Albertum de Pyethrykova[4] plebanum Luceoriensis diocesis elegimus, nominavimus et presentavimus regendam, tenendam et possidendam, eidemque ec(c)lesie sic erecte, fundate et edificate prefatoque Alberto rectori eiusdem suisque successoribus legittimis pro dotacione eiusdem novem homines in hereditate nostra in prefato Msczybow, videlicet Rodz Mychalowicz, Jvschko Chodorovicz, Thalko Andreyowicz, Thrvchanyecz Romanowicz, Supron Dzerszkowicz, Olyechno, Martinum Nanyeszowczysnye, Kolanko, pro nono vero homine

---

387. [a] labia *w tekście* [b] labis *w tekście* [c] existens *w tekście*

387. [1] *Ks. M. Herburt (Reg. 1) mylnie objaśnia, że to Gasztołd starosta żmudzki i kasztelan trocki † 1499.* [2] *Mścibów, dziś miasteczko nad rz. Gniezną, 2 mile na pł.-zach. od Wołkowyska.* [3] *Jan Kieżgajłowicz starosta żmudzki 1451 i kasztelan trocki a następnie wileński 1451—1485 (ob. o nim Semkowicz Wł., O litewskich rodach bojarskich w Mies. Herald. T. VII [1914] str. 9).* [4] *Zapewne Petryków, miasteczko nad Prypecią w pow. mozyrskim.*

terram ad serviendum sufficientem ad laborandum, prout et nobis ante donacionem huiusmodi laborare consveverunt; ac in iam dicto oppido nostro Msczybow duas tabernas, unam penes curiam plebani ante ec(c)lesiam sittam, aliam versus ec(c)lesiam in acie platee que tendit ad Wolkowysky, de qualibet duas sexagenas annuatim percipien(dum), prout et nos ante ea singulis annis recepimus et recipere consuevimus; et eciam de curia nostra in prefato Msczybow duas sexagenas grossorum latorum annuatim ac quatuor ortulanos in dicto Msczybow; campum sub dicto oppido Msczybow iacentem inter duas vias, quarum una tendit ad vyllam dictam Szydlowycze[5] et alia ad pontem sub Rzyczewicz ac mericam, que sitta est inter viam que vadit ad Szydlowicze et aliam viam, que vadit ad Gerylo usque ad pratum nostrum dictum Lochwynowo, sittum in semita recta, ad stagnum in fluvio Msczybowka cum prato, campo et merica ex una parte fluvii per magnam silvam et graniciem Ryczyewycz dictam alias Doroschkowicz absque lesione et destructione silve magne prefate; campum antiquum, quem homines in dicta magna silva[c] degentes ab antiquo tenuerunt et tenent sine omni impedimento laborandum; ac pratum magnum ad stirthas penes nostra prata dicta Napoprzecznym; item pratum dictum Postayscza a nostris pratis cum alio prato ex alia parte a graniciis, quas limitavit dominus Joannes Dowoynowicz cum hominibus regie maiestatis Othbabicz; ac decimam manipularem omnis grani seminati de curia nostra in dicto Msczybow ac circulo alias sdworcza; lapidem cere cum tunna mellis azimi de tributariis nostris in Polyescze dedimus, donavimus, inscripsimus et perpetuo largiti sumus, damusque, donamus, inscribimus et perpetuo largimur cum omnibus et singulis redditibus, proventibus, usibus, utilitatibus, pascuis, pratis et borris in prefatis bonis, que nunc sunt et in futurum fieri possunt industria hominum ac provisione meliori mediante, nichil pro nobis aut successoribus nostris in bonis superius expressis iuris, dominii vel proprietatis penitus reservan(tes), tenendum, habendum, utifruendum et in usus ipsius ec(c)lesie et rectoribus eiusdem, prout eis melius, utilius et commodius videbitur expedire, convertendum et perpetuis[d] temporibus possidendum. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum Grodne, feria quinta ante Penthecosten sub anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Presentibus ibidem reverendo patre, magnificis et generosis dominis Alberto electo et administratore sede vaccante Wylnensi, Nicolao Radwylowicz Wylnensi, Petro Janowicz Throczensi palatinis et Stanislao Kosczyewicz tenutario Rownensi, ceterisque testibus pluribus fidedignis.

388.

(Wilno, w początkach lipca 1492).

Wojciech (Tabor) biskup-elekt wileński na czele panów rady litewskiej do kniaziów i panów ziemi wołyńskiej: zawiadamia o śmierci króla Kazimierza i wyborze Aleksandra na wielkiego księcia Litwy.

Or. (ruskiego) brak.

Kop. Metryka Litewska, Ks. zapisów T. VI str. 126—7 w dziale p. t. Acta Magni Ducatus Lituaniae.

---

387. [c] *tu w tekście powtórzone* magna [d] *brak w tekście*

387. [5] *Szyłowicze, wieś o milę na pn. od Mścibowa.*

Wyd. Akty otnos. sja k'istorji Zapadnoj Rossji T. I (Petersburg 1846) str. 115/6 nr 100, II.

Reg. Daniłowicz I., Skarbiec dipl. T. II str. 225 nr 2039.

389.

Wilno, 28 sierpnia 1492.

Aleksander wielki książę litewski, na prośbę Wojciecha elekta i zatwierdzonego biskupa wileńskiego oraz kapituły jego, potwierdza w całej rozciągłości i wznawia wszystkie kościołowi katedralnemu wileńskiemu i jego kapitule udzielone przez królów polskich Władysława (Jagiełłę) i Kazimierza rodzica swego tudzież wielkich książąt litewskich Witołda i Zygmunta nadania dóbr i posiadłości, jakie rzeczony biskup elekt, kapituła i słudzy (ministri) *kościoła posiadają obecnie i w przyszłości będą posiadali, zwalniając ich od wszystkich danin, czynszów, opłat, ciężarów i powinności, spełnianych i płaconych według prawa i zwyczaju na ziemiach Litwy.*

Or. brak; istniał on jeszcze w r. 1830, acz już bez pieczęci, jak zaznacza katalog Kap. Kat. Wil. z tegoż roku na str. 19 w dziale Przywilejów (N⁰ 30) w pozycji 7, w słowach: na pargaminie w autentyku na czerwonym jedwabnym sznurze byłej pieczęci.

Kop. 1. Muzeum Czartoryskich w Krakowie, dokument nr 627 (Vol. III k. 24). Pergamin średniej grubości, 64 × 24 cm, bez zakładki i pieczęci, nieco zabrudzony, zresztą dobrze zachowany. — Pismo z początku w. XVI, brak inicjału, inwokacja pismem zwiększonem ale nieozdobnem, jakie występuje na współczesnych oryginałach Aleksandra. — Jest to kopja oryginału, przechowywanego niegdy w Archiwum Kapituły Katedralnej Wileńskiej, jak świadczy podany niżej zapisek dorsalny. Pod tekstem z prawej strony zapisek notarjalny z 18 września r. 1578, widymujący tę kopję: Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo die vero decima octava Septembris auscultata et collationata praesens privilegii copia per me Baltasarum Stephani Crassowsky clericum dioecesis Luceoriensis, sacra auctoritate apostolica notarium publicum, quę concordat cum suo originali de verbo ad verbum. In cuius rei testimonium presentem copiam manu mea subscripsi, signoque ac nomine meis consuetis tanquam super hoc requisitus communivi et obsignavi etc.; *obok tego zapisku z lewej strony znak notarjalny, wyrysowany tą samą ręką a przedstawiający na trzech stopniach gałązkę z trzema kwiatami kielichowemi oraz z literami, pod gałązką:* B. C., *w pierwszym stopniu:* i. n. r. i., *w drugim i trzecim werset:* Laudans inuocabo | Dominum et ab inimicis meis | saluus ero *(Ps. 17₄). — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu środkowem zapisek ręką tekstu:* Copia privilegii Magni Ducis Alexandri confirmationis Episcopatus et Ecclesiae Cathedralis Vilnensis, cuius origionale *(sic)* habetur in Scriniis Venerabilis Capituli eiusdem Ecclesiae, *poniżej* Num⁰ 13, *ręka znacznie późniejsza dopisała po* et *wyraz* capituli, *inna późniejsza ręka (w. XVI/XVII) dopisała:* cum exemptione ab omni onere et jurisdicione, *poniżej bliskoczesna sygnatura:* II 1492; *2) tamże zapisek z w. XVII/XVIII:* Episcopus Viln(ensis) et V(enerabile) C(apitulum); *3) tamże późny zapisek zatarty zupełnie, z którego widoczna tylko początkowa data:* 1494; *4) na złożeniu spodniem ręką w. XVIII:* 1492, *poniżej inną ręką i bledszym atramentem:* Kopia Przywileju. — *2. Lib. I 2 k. XCV'—XCVII z nagłówkiem:* Confirmacio Allexandri super bona ecclesiastica *i z zapiskiem na początku:* Lectum *(prawdopodobnie z oryginału). — 3. Lib. II str. 340—342 z nagłówkiem:* Libertatio Alexandri seu exemptio ab omni iurisdictione et oneribus saecularibus omnium bonorum episcopalium et ca-

pituli Vilnensis habitis et in posterum habendis. *Tekst posiada zapisek notarjalny z r. 1578, co świadczy, że odpis ten pochodzi z Kop. 1, nie zaś z oryginału, którego wówczas w Wilnie nie było, gdyż go zabrał z sobą archidiakon wileński ks. Kasper Zaliwski na synod prowincjonalny, odprawiony przez arcybiskupa Łubieńskiego w Warszawie d. 8 listopada 1643, o czem świadczy zapisek na marginesie Lib. II ręką ks. Mocarskiego obok nagłówka kopji:* non confrontatum ex eo, quod dominus archidiaconus accepit pro synodo; *zapisek* Lectum Correctum *obok tekstu kopji nie dozwala się domyślać, czy został on skolacjonowany z oryginałem, czy raczej z autoryzowaną kopją.*

Wyd. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. II str. 38—39 (z Kop. 3).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Alexander[a] Dei gratia magnus dux Lituaniae[b], Russiae Semogitiaeque[c] dominus et haeres, ad universorum noticiam praesentium et futurorum deducimus per praesentes quibus expedit: Quia[d] inter alias[e] Reipub(licae) curas, quibus cor nostrum quotidiana[f] solicitudine pro subditorum salute distrahitur, ad illud praesertim aciem mentis nostrae convertimus, ad id sedulum destinamus affectum, qualiter venerandas[g] ecclesias caelestis imperatoris mancipatas obsequiis piis protegamus praesidiis, et libertates ac immunitates[h] earum continuis nostrae benignitatis favoribus foveamus, nunc[i] novas eis libertates et gratias largiendo, pro qualitate temporum et rerum exigentia veteres renovando. Sanę pro parte reverendi patris domini Alberti electi Vilnensis confirmati suique capituli[e] devoti syncere nobis dilecti[j] nobis oblata peticio continebat, quatenus omnia et singula bona, dominia, haereditates, possessiones, districtus et villas literasque ac privilegia, gratias, libertates necnon immunitates[k] eorundem per serenissimos dominos[l] olim Vladislaum et Cazimirum[m] genitorem nostrum charissimum, Poloniae reges ac illustrissimos et praeclaros eiusdem Lituaniae magnos duces Vitoudum[n] et Sigismundum venerabili ecclesiae Vilnensi cathedrali et suo capitulo datas, donatas et concessas ratificare, confirmare, gratificare, approbare et innovare dignaremur. Nos vero peticionibus ipsorum tanquam iustis et rationabilibus de innatę nobis charitatis[o] clementia benigniter annuen(tes), eadem bona, dominia, haereditates, possessiones, districtus et villas, quae et quas dicta ecclesia Vilnensis, electus episcopus, capitulum et ministri in praesenti obtinent et in posterum faelici successu[p] temporum obtinebunt, prout in suis metis et limitibus longe, late et circumferentialiter sunt distinctę et limitatę, cum omnibus et singulis eorum utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, borris, mericis, rubetis, gaiis, mellificiis, venationibus, aucupationibus, stagnis, lacubus, paludibus, rivis, aquis aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et ipsorum emolumentis, tributis, censuum exactionibus, contributionibus, solutionibus, iuribus, consuetudinibus, dominiis, proprietatibus, laboribus, vecturis, p o d u o d i s, stationibus aut quibuscunque pensionibus in terris Lituaniae dari et solvi consuetis, a quibus dictum dominum[e] electum episcopum, capitulum, ecclesiam et ministros eximimus ac[q] perpetuo libertamus[r], generaliterque omnes et singulas litteras, privilegia, gratias, libertates et immunitates[h] prefatas eorundem bonorum, dominiorum, haereditatum, districtuum et villarum praedictarum ratificamus, confirmamus, gratificamus, approbamus et de novo innovamus; decernentes ea omnia et singula supradicta robur obtinere perpetuae firmitatis, facien(tes) et constituen(tes) prae-

389. [a] Allexander *Lib. I* [b] Lythuanie *Lib. I* [c] Samagitthieque *Lib. I*, Samogitięque *Lib. II* [d] quod *Lib. I* [e] *brak w Lib. I* [f] cotidiana *Lib. II* [g] venerandis *Lib. I* [h] emunitates *Lib. II* [i] Nunc *po kropce Kop. 1* [j] nobis sincere dilecti *Lib. I* [k] *poprawione tą samą ręką z* emunitates [l] olim dominos *Lib. I* [m] Wladislaum et Kazimirum *Lib. I* [n] Wythowdum *Lib. I*, Witowdum *Lib. II* [o] claritatis *Lib. II* [p] successu felici *Lib. I* [q] et *Lib. I i II* [r] liberamus *Lib. I*

fatos dominum electum episcopum, capitulum[s], ecclesiam et ministros veros dominos, haeredes et perpetuos eorundem bonorum, dominiorum, haereditatum et[s] possessionum, districtuum et villarum praesentium et futurorum possessores. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum[t] testimonio literarum. Datum Vilnae, feria tertia post Bartholomei proxima, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Praesentibus ibidem magnificis, generosis, strenuis et nobilibus dominis Nicolao Radziuilouicz Vilnensi et magni ducatus Lituaniae cancellario, Petro Janovicz Trocensi palatinis, Joanne Zabrzezinski Polocensi, Stanislao Janovicz Semogitiensi, duce Alexandro Grodnensi, Stanislao Chotkievicz Cownensi, Georgio Paczewicz Nouogrodiensi et Stanislao Hlebouicz Merecensi[u], Joanne Dowoinovicz Volkouiensi, Stanislao Ivaskovicz capitaneis, tenutariis et marsalcis[v] nostris, testibus circa praemissa.

390.

Wilno, 26 września 1492.

Jakób Hanuszowicz dzierżawca w Ejszyszkach i marszałek nadworny w. ks. Aleksandra ostatnią swą wolą zarządza pochować się w kościele św. Bernardyna braci mniejszych od obserwy, wykonawcą zaś tego swego testamentu mianuje Wojciecha biskupa elekta wileńskiego już zatwierdzonego; zapisuje temuż biskupowi dwory swoje dziedziczne Widze i Pierszaje, stanowiące trzecią część dóbr swoich z wszystkiemi ich przynależnościami do dowolnego rozporządzenia, przyczem zwraca pewne pole w Pierszajach, nabyte od dzierżawcy króla nieboszczyka; przekazuje temuż biskupowi w posiadanie dwory swoje i dobra w Oszmianie i Olizarowskiem oraz czynszowników w Bożynie, Zabożewiczach, Stepach i Jacynce, wydając w sprawie spłaty swoich długów szczegółowe postanowienia, a na wypadek śmierci biskupa wyznaczając egzekutorem jego następcę.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. I 2, k. CVII—CX z nagłówkiem: Testamentum Jacobi Hanussowycz super bona Wydzy et Perszaya. — *2. Lib. II str. 337—40 z nagłówkiem:* Testamentum Jacobi Hanuszewicz tenutarii in Eixiski super donationem Alberto episcopo Vilnensi bonorum Widzy et Pierszaje, curiam Osmena et Olizarowskie cum tributariis in Bozyn, Zaboszewice, Stepy et Lacynka *(s); jest to odpis zdaje się z Kop. 1, poprawiany niewątpliwie wedle oryginału. — 3. Lib. Magn. k. X' tylko początek bez końca spowodu wyrwania karty, z nagłówkiem jak w Kop. 2.*

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 75 przyp. 92. — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. II str. 345.

In nomine Domini amen. Quia nemo in carne positus viam potest ultimi iudicii evitare, in quo quilibet eciam de factis propriis redditurus est racionem, proinde ego

scriptae, ideo supplicavit nobis, ut paternam dotationem nostris novis literis confirmaremus. Nos vero pro ea religione et pietate, quam ad summum Deum gerimus et etiam ad sanctos patronos, quibus praefata ecclesia dicata est, pro augmento laudis divinae sanctaque fide catholica divulganda, iuxta dotationem serenissimi domini regis etc. patris[c] nostri[c], secundum quod literae suae serenitatis continebant, praefatae ecclesiae in Słonim rectorique pro tempore existenti et successoribus rite intrantibus dedimus, donavimus praesentibusque damus ac perpetuo inscribimus bona, possessiones, terras hominesque, prout hic enumerantur: In primis aream seu campum, ubi ecclesia cum domo plebani et vicariorum et cum aliis domibus servitorum et hortulanorum eiusdem ecclesiae; molendinum super fluvium[d] Isoroka[2] prope ecclesiam, cum omnibus utilitatibus et prata circumcirca eundem fluvium Isoroka penes Horodiscze[e]; item duas tabernas liberas, unam in civitate Słonim, aliam prope ecclesiam cum censibus et omnibus proventibus; duas candellas vulgariter p o s t a w n i k i super magnum altare, quas sine intermissione[f] perpetuis temporibus tenutarius Słonimensis extradere tenebitur ac debebit; decimas post culturam agrorum et novalium de omni grano in Słonim et in Dworzecz[g 3], et decimam salis ex theloneo Słonimensi; terram Chriłowici[h] circa fluvium Wołobrzyn[i 4] cum pratis pro duobus acervis foeni vulgariter s t e r t y[j]; praeterea praedium Turowice[5] cum terris, pratis, agris cultis et excolendis et cum aliis pertinentiis, ad ipsum praedium quomodolibet spectantibus; item homines Rachowiczy, Kosciłowiczy[k], Listowicy, Deschołowicz, Diakowiczy, qui omnes et singuli cum suis successoribus ad praedictam ecclesiam pro rectore et successoribus omnia tributa mellis, grossorum, frumenti, videlicet[l] d z i a k l a[m], p i s c z e, s r e p s c z y z n a et alias omnes exactiones tenebuntur pendere et solvere, omnes labores et servitia facere ac deferre secundum consuetudinem et praescriptionem in districtu Słonimensi et in Magno Ducatu nostro dudum observatam; postremo et generaliter omnes homines, domos, terras, proventus, utilitates quibuscunque nominibus censeantur iuxta priorem fundationem, ad ipsam ecclesiam pertinentem, eidem sicut et superiora damus et perpetuo inscribimus. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Vilnae, feria quinta in crastino sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, praesentibus reverendo[n] in Christo patre domino Alberto episcopo Vilnensi necnon magnificis et generosis Nicolao Rodwiłowicz Vilnensi et Petro Janowicz Trocensi palatinis, Joanne Zabrzezinski castellano Trocensi, Stanislao Chlebowicz, Gregorio Ostikowicz marschalcis ac tenutariis nostris et aliis compluribus fidedignis, per honorabilem Adam Jakubowicz de Cotra notarium nostrum. — Relatio magnifici Nicolai Rodwiłowicz palatini Vilnensis et magni ducatus Lituaniae cancellarii[o].

---

401. [c] *w Lib. VI dopisane drugą ręką* [d] *Lib. VI drugą ręką poprawia na* fluvio *jak w Lib. M.* [e] *Lib. VI poprawia na* Horodyscze *tak i Czart.* [f] intromissione *Czart.* [g] *Lib. VI poprawia na* Dworecz, *toż Czart. i Lib. M.* [h] Chryłowici *Czart.*, Chriłowici *Lib. M.* [i] Wołobrzyn *Czart.* [j] *Lib. VI poprawia na* stirty, *toż Czart. i Lib. M.* [k] *w Lib. VI poprawione z* Toscilowiczy; Koschcilowiczy *Czart.*, Descholowiczy *Lib. M.* [l] *Lib. VI drugą ręką poprawia na* vulgariter, *tak Czart. i Lib. M.* [m] dziakła *Czart.* [n] *w Lib. VI* reverendissimo *pierwszą ręką poprawione na* reverendo, reverendissimo *Czart. i Lib. M.* [o] cancellarius *pierwotnie Lib. VI*

401. [2] *Zapewne dawniejsza nazwa rzeki Issy, pobocznej Szczary, uchodzącej do niej pod Słonimem.* [3] *Dworzec; miasteczko w Słonimskiem nad rz. Mołczadką, 38 km. na pn.-wsch. od Słonima.* [4] *Rzeka nieodgadniona, może koło Dereczyna, gdzie w pobliżu jest osada Wołoba (Sł. Geogr. T. XIII str. 881).* [5] *Miejscowość nieodgadniona.*

402.

Łosk, 30 maja 1493.

Księżna Anna Januszowa ufundowanemu przez siebie kościołowi parafjalnemu w Łosku pod wezwaniem Bożego Ciała, ŚŚ. apostołów Piotra i Pawła, św. Anny i św. Jerzego męcz., a przez Wojciecha biskupa wileńskiego poświęconemu, nadaje: trzy kopy szerokich groszy ze wsi Kormysz na wikarego i ministra; miarę miodu z rzeczonej wsi Kormysz; dwa kamienie wosku na tenże kościół; karczmę koło plebanji; dziesięcinę zbożową w Łosku temuż kościołowi i jego rektorowi; po śmierci trzy miary daniny miodowej z tej wsi na rzecz rządców kościoła w myśl przywileju Piotra z Iwia wojewody trockiego; plac po starym dworcu plebana; mięso wieprzowe z targu tygodniowego; soli dwie beczki za życia a pięć po swojej śmierci na rzecz obecnego plebana Stanisława i jego następców.

Or. brak.

Kop. 1. Czart. k. 47—47'. — 2. Lib. Magn. k. 39.

Reg. 1. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 67 (tylko wzmianka o dokumencie z mylną datą dzienną). — 2. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 201.

Uw. W związku z tym dokumentem pozostaje przytoczony wyżej na str. 422—3 Nr 362 falsyfikat jakoby z 9 lipca r. 1489 a ukazujący się dopiero w r. 1522.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia praesens aevi lubrica conditio cunctas hominum actiones plerumque in oblivionis abyssum demergere consuevit, nisi apicibus literarum et testimonio fidelium fuerint roboratae, eatenus ego Anna ducissa Januschowa[1], perpendens huius mundi statum fore mortalem, volensque caduca et mortalia pro aeternis commutare, speransque post vitae praesentis occasum ad vitam transferri aeternam, significo tenore praesentium omnibus quibus expedit universis: Quod ad laudem et honorem Omnipotentis Dei et Beatissimae Virginis Mariae, specialiter tamen Corporis Jesu Christi et gloriosorum Petri et Pauli apostolorum necnon sanctae Annae matris Mariae Virginis, item et S. Georgii martyris, pro remedio praedecessorum meorumque vero peccaminum salutari, fundavi et erexi ecclesiam parochialem in Łyostko[2] per r^mum^ in Christo patrem et dominum dominum Dei et apostolicae Sedis gratia Albertum episcopum Vilnensem dedicatam, cui quidem ecclesiae dedi, assignavi, adiunxi, incorporavi et in perpetuum contuli praesentibusque do, confero, assigno, adiungo, incorporo perpetue et in aevum: In primis tres sexagenas latorum grossorum de villa nostra Kormysz[3] pro vicario et ministro ecclesiae praefatae; item pullam mellis de praefata villa Kormysz alias s c h e s z c z y p i e n d z y; item duos lapides de cera ad dictam ecclesiam in Łostko; unam tabernam penes curiam plebani versus orientem sitam, quam coram dicto r^mo^ patre Alberto Dei gratia episcopo Vilnensi eo tempore, dum ecclesiam consecrare debuerat, caeterisque fidedignis ampliare et dilatare promisi et praesentibus promitto; item decimam in Łoschko ecclesiae meae dictae parochiali de omni

402. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 420 Nr 361 przyp. 1.* [2] *Ob. objaśnienie na str. 213 Nr 189 przyp. 1.* [3] *Miejscowość nieodgadniona.*

grano et suo rectori qui pro tempore extiterit et suis legitimis successoribus dedi et in perpetuum ascripsi; item praefatum tributum mellis de villa nostra Kormysz in vita nostra singulis annis unam pullam mellis alias schesczypyendek, sed meam post mortem tres pullas[a] mellis de praefata villa nostra tributaria rectoribus praefatae ecclesiae nostrae in Łoschko dedimus et in perpetuum ascripsimus, prout latius in privilegio magnifici domini Petri de Iwe haeredis, palatini Trocensis[4], mellis ascriptio ad praefatam ecclesiam habetur[5]; item aream, ubi antiqua plebani curia fuerat; item tertiam pectoralem carnium porcovensium alias trecza hrudzyna, quae datur ex foro septimanatim; item quinque tunnas salis meam post mortem singulis annis, sed in vita me durante duntaxat duas salis tunnas rectoribus praefatae ecclesiae do in aevum et ascribo nunc per plebanum Stanislaum nomine nuncupatum et suos legitimos successores omnia supradicta et specifice consignata tenendum, habendum, utifruendum, quiete et pacifice in perpetuum possidendum, nihil iuris et dominii in praedictis donatis et ecclesiae taliter ascriptis mihi et meis successoribus reservando. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum in Łyoschko, feria quinta ante Trinitatem anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Praesentibus ibidem r^{mo} in Christo patre et domino domino Alberto Dei gratia episcopo Vilnensi necnon venerabilibus domino Joanne de Tworkowo canonico et officiali Vilnensi, magistro Bernardo de Vilna canonico Vilnensi necnon honorabilibus Joanne de Troki mansionario cathedralis ecclesiae Vilnensis et altarista in Nowa Oschmany, Jacobo altarista in Nowa Troki, Stanislao artium baccalaureo Narkuschki, Paulo Venceslao de Vylkumyrya capellanis dicti r^{mi}, item generosis et nobilibus duce Siemion Czorthoryski, Petro Januszchowicz, Nicolao Buthkowicz et Petro Swyechli marchione protunc dicti r^{mi}, et quam pluribus testibus fidedignis.

403.

Rzym, 6 października 1493.

Kardynałowie Kościoła rzymskiego w liczbie dwunastu wszystkich trzech stopni, biskupi podmiejscy, prezbiterzy i diakoni nadają kościołowi parafjalnemu pod wezwaniem św. Piotra w mieście Kownie, na prośbę plebana jego Stanisława z Kowna, odpust stu dni wszystkim pokutującym i wyspowiadanym za nawiedzenie pobożne tegoż kościoła na każdy raz w uroczystości Wniebowzięcia NMP., św. Jerzego, św. Trójcy, św. Piotra i Pawła apostołów i na Poświęcenie tegoż kościoła.

Or. brak.

***Kop.** Bibljoteka XX. Czartoryskich w Krakowie, rpis nr 1775 (5718/19) str. 1093/4 nr 3.*

(Oliverius) Sabinensis, Johannes Michael Portuensis, Georgius Albanensis, Jeronimus Prenestinensis[a] episcopi, Dominicus ecclesie sancti Clementis, Johannes ecclesie sancti Vitalis, Johannes Jacobus tituli sancti Stephani in Celiomonte, Baptista tituli sanctorum

402. [a] *te dwa wyrazy wpisane inną późniejszą ręką w miejscu pustem*

402. [4] *Piotr Janowicz wojewodą trocki (ob. o nim wyżej na str. 452 Nr 392 przyp. 2).* [5] *Dokument z tym zapisem nie jest znany.*

403. [a] Penestrinensis *mylnie Kop.; ob. niżej przyp. 1*

Johannis et Pauli, Johannes tituli sanctae Susannae presbyteri, Raphael sancti Georgii ad Velum aureum, Johannes sanctae Mariae in Aquiro[b], Fidericus sancti Theodori diaconi miseratione divina sanctae Romanae Ecclesiae cardinales[1], universis et singulis Christi fidelibus, praesentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti providemus. Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia sancti Petri opidi Cauna Vilnensis diocesis, ad quam, sicut accepimus, dilectus nobis in Christo Stanislaus de Cawna dictae ecclesiae modernus plebanus singularem gerit devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur ac in singulis structuris et aedificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis et rebus aliis divino cultui necessariis decenter muniatur, in ea quoque divinis augmentetur, utque Christi fideles[c] eo libentius devotionis causa ad eandem ecclesiam confluant et ad munitionem, reparationem, conservationem, manutentionem et alia praemissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratiae uberius conspexerint se refectos, supplicationibus praefati Stanislai nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, nos cardinales praefati videlicet quilibet nostrum de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in Assumptionis Beatae Mariae Virginis, sancti Georgii militis et dominicae Sanctissimae Trinitatis ac eorundem sanctorum Petri et Pauli apostolorum ipsiusque ecclesiae Dedicationis festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim et ad praemissa manus porrexerint adiutrices, pro singulis festivitatum diebus praedictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum praemissorum (fidem et testimonium) praesentes literas fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione communiri. Datum Romae in domibus nostris, sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, die vero sexta mensis octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia papae sexti anno secundo.

---

403. [b] Quiro *Kop.* [c] *w Kop. następuje* in

403. [1] *Kardynałowie wystawcy: A) Biskupi podmiejscy: 1) Sabinen.: Oliverius Carafa 31. I. 1483 — 29. XI. 1503 (Eubel, Hierarchia Catholica T. II² str. 61); 2) Portuen. tt. S. Rufinae: Joannes de Michaelis 31. VIII. 1492 † 10. V. 1503 (ibid. 60); 3) Alban.: Georgius Costa 10. X. 1491 — 14. V. 1501 (ibid. 59); 4) Praenestin.: Hieronymus Bassus de Ruvere 31. VIII. 1492 — 29. XI. 1503 (ibid. 60). — B) Kaplani: 1) S. Clementis: Dominicus de Ruvere 13. VIII. 1479 † 22. IV. 1501 (ibid. 62); 2) S. Vitalis: Johannes de Comitibus 9. III. 1489 † 20. X. 1493 (ibid. 65); 3) S. Stephani in Coelio Monte: Joannes Jacobus Salafenatus, biskup parmeński, 15. XI. 1483 (ibid. 63 i 19, gdzie podano, że przeniesiony stąd do św. Cecylji 17. XI. 1487, ale następny kardynał św. Szczepana dopiero w r. 1501 występuje); 4) SS. Joannis et Pauli: Joannes Baptista de Ursinis 27. II. 1493 † 22. II. 1503 (ibid. 63); 5) S. Susannae: Joannes Borja archiep. Montisregalis 31. VIII. 1492 † 1. VIII. 1503 (ibid. 65). — C) Diakoni: 1) S. Georgii ad Velum aureum: Raphael (Sansonus) Riario, protonot. apost. 10. XII. 1477 transl. postmodum ad tt. S. Sabinae (ibid. 66, nie podano kiedy); 2) S. Mariae in Aquiro: Joannes de Columna, proton. apost. 15. V. 1480 † 26. IX. 1508 (ibid. 66); 3) S. Theodori: Federicus de S. Severino, proton. apost. 9. III. 1489, publ. a. 1492, transl. ad tt. S. Angeli 1513 (ibid. 67).*

404.

Wilno, 17 września, 10 listopada i 13 grudnia 1493.

A. Wojciech biskup wileński wszystkim wiernym skruszonym i spowiadającym się za każdorazowe nawiedzenie ołtarza Wniebowzięcia NPMarji, św. Andrzeja apostoła, Michała archanioła, Stanisława i Jerzego męczenników, Marcina wyznawcy, Jana ewangelisty i św. Barbary panny w kościele NPMarji braci mniejszych w Wilnie, z odmówieniem jednego Ojcze nasz, Zdrowaś Marjo i Wierzę przed jego obrazami (posągami) albo też złożenie jakiejś jałmużny na rzecz tegoż ołtarza, udziela dni czterdzieści odpustu.

B. Toż Marcin biskup miednicki d. 10. XI. 1493.

C. Toż Jan biskup łucki d. 13. XII. 1493.

D. Fryderyk kardynał, arcybiskup gnieźnieński i biskup krakowski, udziela odpustu dni sto d. 18. III. 1495.

Or. *Bibljoteka Polskiej Akademji Umiejętności w Krakowie rpis nr 1243 (fascykul). Dokument pergaminowy, bardzo zniszczony, zmięty, zbrudzony i w wielu miejscach zwłaszcza na dole inkaustem splamiony, z prawej strony wielka dziura częścią wycięta a częścią przez myszy wygryziona, 59 × 37'5 + 7'3 cm. — Pismo, szczególnie w dopisanych później odpustach silnie wyblakłe i miejscami ledwie czytelne; pierwszy wyraz wypisany frakturą z ozdobnym inicjałem* A, *takiż skromniejszy inicjał* E *na początku drugiego odpustu (biskupa Marcina). Tekst trzech pierwszych odpustów spisany jest przez całą długość pergaminu, z tych trzeci (bisk. łuckiego Jana) inną ręką, czwarty (kardyn. Fryderyka) jeszcze inną ręką u dołu po lewej stronie. — Cztery nacięcia po dwóch odpadłych pieczęciach pierwszych obu wystawców po lewej stronie zakładki. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem z w. XVI:* Indulgencie concesse ab uno archiepiscopo et tribus episcopis Conventui Wy(l)nensi, *poniżej inną ręką w. XVI:* Pro festo Assumptionis; *2) na złożeniu spodniem z w. XVII:* Indulgenciae concessae a tribus episcopis certo altari in ecclesia nostra S. Mariae Vilnensi, quod iam est sublatum et indulgentiae etiam, quia concessae manus adiutrices porrigentibus; *3) wpoprzek z w. XVIII:* Stare rzeczy, non valent nisi pro informatione de antiquitatibus, ab uno Archiepiscopo et a tribus Episcopis pro festo Assumptionis indulgentiae concessae A⁰ 1493; *4) na złożeniu wewnętrznem z w. XVIII:* N⁰ 11 [In]dulgentiae concessae Ecclesiae nostrae [Viln]ensi a tribus Episcopis pro certo Altari Anno Domini 1493, *poniżej:* NB non valent istae indulgentiae, quia erant concessae ob manus adjutrices, et altare sublatum; *5) wreszcie luźna notatka na złożeniu spodniem z w. XVII:* Olgierda żona unitka; *6) sygnatura na złożeniu spodniem:* D. 16 *(w. XVI).*

A. Albertus Dei et apostolice Sedis gracia episcopus Vilnensis universis et singulis sexus utriusque cristifidelibus, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Licet Is, de cuius munere | venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de abundancia sue pietatis, que merita supplicum excedit[a] et vota bene servientibus sibi multo maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen | desiderantes Domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum et quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine | gracie aptiores. Cupientes igitur, ut altare in ecclesia Beate Marie Virginis ordinis Fratrum Minorum in

404. [a] exaudit *błędnie w tekście*

Vilna, in honorem Assumpcionis eiusdem Virginis Intemerate Marie, beatorumque Andree apostoli, Michaelis archangeli, Stanislai et Georgii martirum, Martini confessoris, Johannis ewangeliste ac Barbare virginis dedicatum et consecratum, a cristifidelibus congruis laudibus et honoribus frequentetur, et ut ipsi cristifideles eo libencius devocionis causa confluant ad hoc ipsum, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, omnibus cristifidelibus contritis et confessis, quicumque dictum altare visitaverint et unum »Pater noster« ac »Ave Maria« cum Simbolo coram imaginibus ipsius altaris devote decantaverint, aut pro reformacione ornamentorum eiusdem de suis bonis a Deo ipsis collatis manus porrexerint adiutrices aliaque pia opera fecerint, tociens quociens id exercuerint, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, contritis et confessis quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in Domino misericorditer relaxamus atque impartimur presentibus perpetuis temporibus duraturis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Vilne, decima septima mensis septembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio.

B. Et nos Martinus Dei et apostolice eiusdem Sedis gracia episcopus Mednicensis[1], premissis se parifacien(do) omnibus cristifidelibus contritis et confessis, qui sic ut premittitur fecerint ad et ante altare predictum, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in Domino misericorditer relaxamus per presentes perpetuis temporibus duraturis. Datum Vilne, decima mensis novembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, nostro sub sigillo presentibus subappenso.

C. (inną ręką:) Ego Johannes Dei gracia episcopus Luceoriensis[2], licet indignus officium pastorale gerens, thezaurum militantis Ecclesie larga Salvatoris nostri Domini Ihesu Christi[b] sanguinis ex misericordia, qua sum[us...][c] tit effus[ione...][d] tra abscondere sed christifidelibus salubriter dispensare cupiens, omnibus christifidelibus sexus utriusque contritis et confessis, qui premissa in litteris presentibus contenta fecerint, de Omnipoten[tis Dei...][e] confisi, quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in Domino relaxamus per presentes temporibus perpetuis duraturis. Datum in Vilna, die veneris tredecimo mensis d[ecembris...][f][3].

D. Dopisany tu na boku przywilej odpustowy kardynała Fryderyka z d. 18. III. 1495 ob. niżej pod tą datą.

405.

Perewołha, 10 grudnia 1493.

Aleksander wielki książę litewski zapisuje kościołowi w mieście swojem Mereczu jezioro zwane Gelanino *rozciągłości na dwie „tonie", z obowiązkiem odprawiania jednej mszy św. o NMP. co miesiąc, jak i drugiej za otrzymaną wolność karczmy.*

Or. brak.

Kop. 1. Bibljoteka XX. Czartoryskich w Krakowie, dypl. nr 1230 w transumpcie króla

---

404. [b] ihu xpi *Or.* [c] *czterech do pięciu wyrazów brak* [d] *pięć do sześciu wyrazów brak* [e] *około ośmiu wyrazów brak* [f] *około sześciu wyrazów brak*

404. [1] *Marcin syn Jana z Wilna, archidiakon wileński, biskup żmudzki prekon. 8. X. 1492 † 1514 (ob. X. Fijałek J., Uchrześcijanienie str. 164/5 przyp. 1).* [2] *Ob. o nim objaśnienie wyżej na str. 435 Nr 371 przyp. 2.* [3] *Brakuje tu data roku 1493, w którym dzień 13 grudnia przypadał w piątek.*

Zygmunta III wydany na sejmie warszawskim d. 5 lipca r. 1593. — 2. Czart. k. 47' (prawdopodobnie z Or., gdyż nie ma wzmianki o transumpcie, a tekst wykazuje pewne różnice). — 3. Lib. Magn. k. 39 (jak Kop. 2).

Alexander[a] magnus dux Lituaniae, Russiae Samogitiaeque[b] dominus et haeres[c], significamus tenore praesentium, quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris, quia ad ecclesiam parochialem in oppido nostro Merecz[1] dedimus et perpetuo inscripsimus lacum nostrum dictum Gelanino[d], continentem duos iactus sagenae vulgariter[e] t o n i e[f], ratione cuius rector modernus praefatae ecclesiae et successores obligati sunt et obligabuntur ad unam missam de Sancta Maria quolibet mense singulis annis et perpetuis temporibus, praeter illam missam, quam similiter de Sancta Maria ratione libertatis tabernae ipse modernus rector dictae ecclesiae et eius successores tenentur implere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum[g] in Perewołha, feria tertia post Conceptionis Gloriosae Virginis[g] anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, principatus nostri anno secundo. — Ad mandatum proprium domini magni ducis.

406.

B. m., (Połonka) 1493.

Tomasz niegdyś kurat w Połonce podaje do wiadomości, że wyjednał u wielkiego księcia, biskupa wileńskiego Wojciecha i starosty trockiego Piotra z Iwia dla kościoła w Połonce czterech ludzi imiennie podanych oraz dochód z karczmy w Cyrynie.

Zapisek ten wypisany jest na marginesie wielkiego dokumentu kościoła w Połonce z r. 1502.

Kop. 1. Lib. VI k. 310. — 2. Czart. k. 52'. — 3. Lib. Magn. k. 44.

Sub anno Domini millesimo quadricentesimo nonagesimo tercio. Ego quidem Thomas olim curatus in Polonka existens rogavi et impetravi et expedivi apud serenissimum magnum ducem Lithuphanie[a] per reverendissimum in Christo patrem dominum et dominum Albertum episcopum Vilnensem necnon et per generosum dominum Petrum de Givye[b 1] capitaneum Throczky[c] quatuor homines in Polonka pro ecclesia eadem et tabernam in Czyryn[d 2] alias duas sexagenas de pensione tabernarum de Czirino[e] quolibet anno. Oretur eciam oro pro anima mea. Homines vero dicti in Polonka: Tharasz[f], Philipus, Chany, Nahumkovycz[g] ...[h] et p u s t o [w] c z y z n a Wysyeg...w.sz..[i].

---

405. [a] Dei gratia *dodają Czart. i Lib. M.* [b] Samogitiae *Czart. i Lib. M.* [c] etc. Ad perpetuam rei memoriam *dodają Czart. i Lib. M.* [d] Belavino *Czart. i Lib. M.* [e] vulgo *Czart. i Lib. M.* [f] thonye *Czart. i Lib. M.* [g—g] *brak w Czart. i Lib. M.*

405. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 371 Nr 313 przyp. 1.*

406. [a] *tak w w tekście zapisku,* Lituaniae *Lib. VI* [b] Giwie *Lib. VI* [c] Troczkin *Lib. VI* [d] Czyrin *Lib. VI* [e] Czyryno *Lib. VI* [f] Taras *Lib. VI* [g] *wyraz zatarty;* Nahuntowicz *Lib. VI* [h] *jeden lub dwa wyrazy zupełnie zatarte* [i] *koniec wyrazu zatarty i nieczytelny;* Wysiegicowczyna *Lib. VI*

406. [1] *Ob. o nim wyżej na str. 452 Nr 392 przyp. 2.* [2] *Cyryn, miasteczko w Nowogródzkiem, o milę na pn.-zach. od Połonieczki (Połonki).*

407.

Uszakowo, 11 stycznia 1494.

Zofja żona Mikołaja Butwiłowicza z Uszakowa, złożona chorobą, rozporządzeniem ostatniej woli zapisuje kościołowi św. Jerzego tamże czynszownika w Izie lub Świranach oraz „zastawki aksamitne“, za co Andrzej pleban uszakowski ma odprawiać jedną mszę corocznie za jej duszę; mężowi swemu zaś zapisuje: dwie służebne i jednego człowieka będącego w zastawie, zeznając własność swoją i męża w bydle i pieniądzach; córce Annie zapisuje jedną służebną a jej mężowi Jakóbowi Talwoszewiczowi trzecią część swej dziedziny w ludziach, ziemi i czeladzi oraz ludzi, wykupionych u Andruszka Wojdyłowicza za pieniądze matki swojej.

Or. brak. Testament ten oddano w dwa lata później do zatwierdzenia Wojciechowi biskupowi wileńskiemu, jak świadczy następujący zapisek, przekazany przez kopjarze a pochodzący z aktów biskupich: Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto Vilnae die veneris prima mensis julii *(1. VII. 1496)* reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Albertus Dei gratia episcopus Vilnensis, viso et audito praesenti testamento legittimo, ipsum in omnibus suis punctis et clausulis ad instantiam petientis honorabilis Andreae Plebani in Vschakowo confirmavit, approbavit et ratificavit, robur[a] perpetuae firmitatis habere decernens auctoritate ordinaria, executionemque debite fieri demandavit. Praesentibus ibidem venerabilibus viris magistris Joanne decretorum doctore et Bernardo de Vilna canonicis Vilnensibus, Laurentio et Georgio capellanis, praefati domini reverendissimi episcopi testibus circa praemissa. Et me Nicolao de Zukowo notario publico et coram paternitate sua reverendissima actorum et facti praesentis scriba.

Kop. 1. Czart. k. 58—58'. — 2. Lib. Magn. k. 49'—50.

Reg. X. Fijałek J., Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 270 przyp. 1 d.

Uw. Akt niniejszy może budzić podejrzenia spowodu, że tekst jego zawiera pewne sprzeczności i bałamuctwa, a mianowicie testatorka nazwana jest wdową (olim uxor) *Mikołaja Butwiłowicza, na rzecz którego jednak, jako jeszcze żyjącego, czyni zapisy. Również i córka jej Anna występuje tu jako* olim uxor *Jakóba Talwoszewicza, któremu testatorka także część spadku wydziela; przy końcu znowuż aktu żona jego ma imię Katarzyna a on sam określenie* piae memoriae, *czemu sprzeciwia się jednak fakt, że jeszcze d. 25 maja tegoż roku 1494 czyni on zapis na rzecz kościoła w Uszakowie (ob. niżej Nr 414). Sprzeczności te dają się jednak wyjaśnić w ten sposób, że owe słówka* olim *i* piae memoriae *dostały się do tekstu testamentu Zofji Butwiłowiczowej przy sposobności zatwierdzenia tegoż przez Wojciecha biskupa wileńskiego w r. 1496 (ob. wyżej pod Or.), kiedy zarówno mąż jej Mikołaj, jak i zięć Jakób Talwoszewicz już nie żyli, za czem przynajmniej co się tyczy tego ostatniego przemawia charakter wspomnianego zapisu z 25 maja jako ostatniej jego woli. Pomieszanie zaś imion córki Zofji Anny z Katarzyną można chyba złożyć na karb zwyczajnej pomyłki.*

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis Dei millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto: Quod ego nobilis Zophia[b] uxor domini Nicolai Buthwiłowicz[1] in Vszakow[2] in lecto aegritudinis suae decumbens, sed sana mente et compos rationis bonae, sed languens corpore, timens tamen[c] inevitabilem mortis eventum, quem nullus

407. [a] robore *kopjarze* [b] *w zatwierdzeniu testamentu z r. 1496, z którego pochodzi jego jedyny przekaz w obu kopjarzach, dodano widocznie słówko* olim [c] carnem *kopjarze*

407. [1] *Bojar nieznany.* [2] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 258 Nr 232 przyp. 1.*

rescire potest et considerans, quod nihil certius quam mors et nihil incertius nisi hora mortis, nolens quod intestata decederem, sed volens de bonis suis tam mobilibus quam immobilibus ac quibuscunque bonis a Deo mihi collatis animae meae saluti providere et disponere de ipsis, quod exprimetur sententia ultimae voluntatis meae, (ne)[d] post decessum meum inter parentes proximos et amicos super eisdem bonis lis seu quaevis discordia et alia generentur[e] seu valeant exoriri, meum testamentum seu ultimam voluntatem feci, disposui et distribui in hunc modum: Primo et ante omnia animam meam altissimo Creatori et Gloriosae Virgini Mariae totique choro coelestis patriae commendavi; item legavi hominem tributarium meliorem in Iza[3] aut in Swyrany[4], et hoc cum omnibus legitimis ipsius et proventibus, utilitatibus servitiisque[f], prout sola ipsum tenui et habui; item etiam legavi alias saszthawky axamitne ibidem pro ecclesia; item familiam meam obnoxiam primam Malvitam[g] et secundam Pyotruszkam legavi viro meo, item etiam legavi ancillam nomine Margaretham Annae filiae[h], uxori nobilis Jacobi Thalwoszewicz[5]; item etiam legavi viro suo tertiam partem[i] haereditatis meae tam in hominibus quam in terra et in familia obnoxia; item etiam legavi sibi homines ...[j], quos exemerunt pro duodecem sexagenis apud Andruszko Woydilowicz pro pecunia matris meae et istos homines pater piae memoriae invadiaverat; item etiam legavi hominem nomine Pyetruszko Gimoltowicz[k] viro meo, qui etiam fuit invadiatus in quatuor sexagenis et istum hominem mater piae memoriae etiam sibi legaverat pro munere ipsius; item etiam recognovi, quod tantum duo boves et una vacca erat haereditatis meae et tota pecora est ipsius Nicolai. Et honorabilis dominus Andreas plebanus in Vszakowo obligatus est singulis annis unam missam pro anima mea legere pro isto homine, quem legavi ad ecclesiam s. Georgii. Item etiam recognovi, quod nullum florenum remansi viro meo, quos[l] florenos receperat centum, quia istis florenis debita matris meae persolvit. Et actum est coram testibus ad hoc vocatis, primo coram honorabili domino Andrea plebano in Vszakowo, secundo discreto Alberto vicario protunc moranti in Vszakowo, tertio nobili Bartholomaeo Alexandrowicz, quarto nobili Bernardo Paszkowicz, quinto nobili Catharina uxore[m] Jacobi Thalwoszewicz[n], necnon coram me Jacobo actu presbytero. Actum et datum die sabbatho in octavo[o] Trium Regum in curia mea in alba stuba, anno quibus ut supra. In cuius rei testimonium praefatos testes petii, ut sua sigilla apponerent.

408.

(Podejrzany).

Mały Miadzioł, 8 lutego 1494.

Piotr Michałowicz kniaź świrski zapisuje kościołowi parafjalnemu św. Andrzeja w Małym Miadziole pięć pustkowi na różnych miejscach tamże położonych; następnie trzech mieszczan w swojem tem mieście przy ulicy Narockiej; z myta

---

407. [d] *brak tego wyrazu w tekście* [e] generantur *Czart. i Lib. M.* [f] servitio *Czart.* [g] Maliutam *Lib. M.* [h] *w zatwierdzeniu testamentu dodano tu słówko* olim [i] partis *Lib. M.* [j] hominem medium *w obu kopjach, tekst widocznie zepsuty, w każdym razie mowa jest tutaj o ludziach w liczbie mnogiej, zapewne* homines meos [k] Gimolthowicz *Lib. M.* [l] *tak w tekście* [m] Catharinae uxori *w obu kopjach* [n] piae memoriae Jacobi Thalwoszewicz *w przekazie zatwierdzenia testamentu z r. 1496* [o] *tak w obu kopjach zamiast* infra octavam, *widocznie polonizm*

407. [3] *Ob. objaśnienie na str. 344 Nr 293 przyp. 10.* [4] *Ob. objaśnienie na str. 274 Nr 242 przyp. 4.* [5] *Ob. o nim niżej w jego dokumencie z d. 25 maja r. 1494 (Nr 414).*

swojej dzielnicy część drugą na każdą sobotę, według dawnej fundacji na rzecz plebana tegoż kościoła jak i altarysty w nim ołtarza Wniebowzięcia NMP., założonego niegdyś przez Jana Talimontowicza i Michała Petkowicza, z obowiązkiem odmawiania kolekty o Męce Pańskiej, której tekst przytacza.

Or. brak.

Kop: 1. Czart. k. 13'—14' (w transumpcie króla Zygmunta III, wydanym w Krakowie d. 25 lipca 1608). — 2. Lib. Magn. k. 8'—9 (w transumpcie j. w.).

Uw. Dokument poniższy, dochowany jedynie w późnym i to skażonym transumpcie, nie jest wolny od podejrzenia tak ze względu na redakcję, jak i na drobnostkowe szczegóły uposażenia starej fundacji altarji w Małym Miadziole, którego inne dokumenty są albo podrobione albo podejrzane.

In nomine Domini amen. Universis et singulis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, visuris, lecturis pariter et audituris. Ego Petrus Michalowicz dux Swirensis[1], licet aeger corpore, sanus tamen mente et compos rationis existens, memor verbi Domini »nihil coinquinatum intrabit in regnum coelorum« et iterum »quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur«, ego vero timore Dei et conscientia ductus, atendens huius mundi blandimenta, volensque antecessorum meorum olim Michaelis Pieckowicz[2] et animae meae et uxoris meae salubre remedium dare ac facere ac successorum meorum, cum deliberatione animi mei ac amicorum meorum usus consilio, notum facio per praesentes, quia per hanc meam bonam voluntatem, non coactus nec compulsus lego, do, ascribo, largior ad sempiternam memoriam ad ecclesiam parochialem S. Andreae in Minori Medalo[3] quinque terras desertas vulgariter pustowsczizny in Medalo iacentes in variis locis, quarum una Pustarzewczizna, alia Samowczizna, tertia Priszkowczizna, quarta Parsułowczizna, quinta Mamunowczizna cum earum pratis, gaiis, sylvis, rubetis, aquis, fluviis, generaliter cum omnibus et singulis proventibus, utilitatibus exquisitis et exquiren(dis) perpetue et in aevum; deinde tres cives in oppido nostro Minori Medalo in platea dicta Narocka nominibus Stanislaum Liczik, Martinum Panko, Stephanum Szlachta perpetue et in aevum inscribo; deinde mitha alias targowe de dzielnica mea secundam partem quolibet sabbatho perpetue inscribo, ut in fundatione plebano praedictae ecclesiae et altaristae nostro nostrorum antecessorum est latius subscriptum. Quae fundatio pertinet ad minus altare Assumptionis Beatae Mariae Virginis, quod est in minori choro in capella a dextra parte, quae fundata est ab antecessoribus nostris olim Joanne Talimontowicz et Michaele Pieckowicz ducibus Swirensibus[4] pro una collecta de Passione Domini nostri Jesu Christi a rectore praefatae ecclesiae aut vicario eius aut altarista, qui eandem tenebitur legere tempore opportuno: »Domine Jesu Christe, qui de coelo ad terram de sinu Patris descendisti et sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum nostrorum effundisti,

408. [1] *Piotr syn Michała Petkowicza kniaź świrski (ob. Wolff J., Kniaziowie lit.-rus. str. 512 n.).* [2] *Michał Petkowicz Świrski, 1464—1503 (ob. Wolff J., l. c. str. 508 i 512).* [3] *Mały czyli Nowy Miadziol alias Kobylnik (ob. objaśnienie na str. 148 Nr 131 przyp. 2).* [4] *Taki dokument nie jest znany; istnieje natomiast dokument podrobiony Andrzeja Petkowicza, księcia świrskiego, kanonika wileńskiego i plebana w Wornianach, wystawiony w Małym Miadziole rzekomo d. 22 czerwca 1463 wespół z innymi kniaziami świrskimi, między którymi są również wspomniani tu kniaziowie Michał Petkowicz i Jan Talimontowicz, w przedmiocie fundacji i uposażenia kościoła św. Andrzeja w Małym Miadziole (ob. wyżej str. 276—9 Nr 244). Być może jednak, że pod tą datą wydany był zaginiony dziś dokument fundacyjny Michała Petkowicza i Jana Talimontowicza dla tegoż kościoła.*

te humiliter deprecamur, ut in die iudicii ad dexteram tuam audire mereamur: 'Venite benedicti'‹. Quae omnia et singula subscripta plebanus pro tempore existens et sui successores ordinarie instituti cum omni iure, proprietate debent tenere et possidere in aevum et perpetuo. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est subappensum. Actum et datum in Minori Medalo in curia olim Andreae Pieckowicz ducis Swirensis canonici Vilnensis, patrui mei et successoris eius, in domo Stanislai Wesołowski plebani Minoris Medalo, sabbatho ante dominicam Quinquagesimae anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Praesentibus ibidem honorabilibus et nobilibus domino Joanne Olszewski plebano Maioris Medalo, domino Juchno Alexandrowicz duce Swirensi, Stanislao Czizewicz, Alberto Krzewski, Hlosch necnon Hoich Matthia altarista Swirensi, Gregorio Budwidowicz et me Stanislao Wesołowski plebano in Minori Medalo.

409.

Grodno, 15 lutego 1494.

Aleksander wielki książę litewski ojcom bernardynom nadaje plac i miejsce swego starego dworu książęcego w mieście Grodnie z ogrodem i sadem nad rzeką Niemnem na założenie i budowę klasztoru i kościoła, zakazując surowo komukolwiek im w tem przeszkadzać.

Or. brak; znajdował się on jeszcze w r. 1858 w Muzeum Starożytności w Wilnie (ob. niżej Wyd.), a w r. 1898 w Bibljotece Publicznej Wileńskiej (ob. niżej Reg.) Była to ›pargaminowa ćwiartka, na której pisany, długa 10 cali ang. 6·5 linji, szeroka 6 cali 8·5 linji. Pieczęć, która była wyciśnięta na kustodji (zakładce) na czerwonej massie odpadła. Na odwrotnej stronie nadpis współczesny: Allex(ander) Dux pro area antiquae curiae in Grodno ut claustrum aedific(aretur)‹ *(ob. niżej Wyd.).*

Wyd. Krupowicz M., Zbiór dyplomatów rządowych i aktów prywatnych cz. I (Wilno 1858) str. 25—6 nr XXII (z Or.).

Reg. 1. Opisanije Wil. Publ. Bibl. Wypusk III (1898) str. 3 nr 28 (z Or. przechowanego wówczas tamże w sali B, szafie 1 pod nrem 26). — 2. Ks. Kantak K., Bernardyni polscy T. I str. 29 (wzmianka o tem nadaniu na podstawie Wyd.).

Uw. W braku oryginału, wywiezionego r. 1915 przez Rosjan z Wilna, wydaje się tu ten dokument z Wyd.

Alexander Dei gratia magnus dux Lithuanie, Russie, Samogitie dominus et heres etc. Pro honore Omnipotentis Dei, salute et profectu hominum sancteque fidei catholice in terris dominio nostro subiectis incremento, in civitate nostra Grodno aream seu locum antique curie nostre ducalis[1] cum horto et pomario in valle versus fluvium Niemen deputavimus dedimusque patribus ordinis sancti Francisci Minorum de observantia beati Bernardini, pro fundatione ac edificatione templi et claustri eorundem fratrum. Quo vero facilius et cicius res ista procedat, claustrumque edificetur, prohibemus districte precipientes, ne quis nostrorum subditorum secularium vel spiritualium, cuiuscunque conditionis existant, eosdem patres in predicta area et in edificatione monasterii quovismodo[a] audeat impedire. In quorum fidem et robur sigillum nostrum presentibus est

409. [a] quotusmodo *błędnie Wyd.*

409. [1] *Krupowicz objaśnia, że ›dziś na tem miejscu stoi kościół i klasztor XX. Bernardynów‹ i że ›dawnego zamku ani śladu‹ (ob. Wyd.).*

impressum. Datum ibidem in Grodno, sabbato ante dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. — Dominus magnus dux per se.

410.

Grodno, 28 lutego 1494.

Aleksander wielki książę litewski, na prośbę Andrzeja plebana kościoła P. Marji w Grodnie, spowodu utraty przywileju tegoż przez jego poprzedników a za świadectwem księcia Aleksandra Holszańskiego dzierżawcy grodzieńskiego i urzędników jego, zatwierdza w spokojnem posiadaniu tegoż plebana zostające dawne uposażenie z nadania w. ks. Witołda i króla-ojca Kazimierza, które szczegółowo wymienia, przydając od siebie kościołowi i plebanowi po dwie kopy groszy rocznie z poboru dochodów karczmy wielkoksiążęcej w Grodnie, plebanowi zaś wolny przywóz drzewa na własny opał i budulec w lasach wielkoksiążęcych; w zamian zobowiązuje do odprawiania jednej mszy tygodniowo za duszę swego ojca króla Kazimierza.

Or. brak.

Kop. 1. Tyszk. 25'—26' (nr 25). — 2. Kopja z w. XVII dosyć uszkodzona w wizycie z r. 1662, z której wydał ten akt Ks. J. K. (ob. niżei pod Wyd.*) nie podając miejsca jej przechowania.*

Wyd. Ks. J(an) K(urczewski) w Przeglądzie Katolickim (warszawskim) z 20 kwietnia r. 1905 Nº 16 str. 244—6 z kopji w wizycie z r. 1662, zaopatrując obszernym regestem polskim tekst, który miejscami wskutek uszkodzenia kopji zawiera luki i niedokładności, pozatem wydawca go skraca.

Reg. 1. Obszerny i wyczerpujący, nieraz w formie przekładu sporządzony przez X. Mamerta Herburta w Cod. Czart. nr 3516 k. 26. — 2. Wzmiankowany jest ten dokument Aleksandra u ks. W. Przyałgowskiego w Żywotach biskupów wileńskich T. I str. 39 (z »Archiwum Dyec.«, niewiadomo, czy z Kop. *1 czy też z* Reg. *1).*

Uw. Niniejszy przywilej w. ks. Aleksandra cenny jest z tego względu, że nam przechował treść uposażenia kościoła P. Marji w Grodnie przez Witołda i Kazimierza Jagiellończyka (ob. wyżej na str. 140 Nr 115 oraz str. 440 Nr 377).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Alexander Dei gracia magnus dux Lithvanie, Russie Samogithieque dominus et heres, significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis,[a] presencium noticiam habituris[a]: Quomodo retulit coram nobis honorabilis Andreas plebanus[b] sancte Marie in Grodno, quod privilegium eiusdem ec(c)lesie adhuc[c] antecessores ipsius ammiserunt, et nunc licet ipse sit in reali et pacifica possessione omnium bonorum, que predicte ec(c)lesie collata sunt, volentes tamen in posterum sibi et suis successoribus providere de meliori certitudine, suplicavit, ut istam dotacionem nostris[d] novis literis confirmaremus. Nos itaque rescien(tes) bene de hac re a duce Alexandro de Holszany protunc tenutario in Grodno et ab aliis officialibus, quod ita est sicut nobis referebat honorabilis Andreas in prefata

---

410. a—a tam praesentibus quam futuris... dotationem habituris *Wyd.* b ecclesiae *dodaje Wyd.* c adhunc *Tyszk.* d suis *Tyszk.*

Grodno plebanus, pro laude Omnipotentis Dei Intemerateque Virginis Marie Genitricis, Domine nostre ac hominum profectu et in spe premii celestis, iuxta dotacionem predecessorum nostrorum magni ducis Wythowdy[1] et serenissimi regis Casimiri parentis nostri[2], predicte ec(c)lesie et moderno plebano successoribusque ipsius omnia inferius expressa et enumerata dedimus et inscripsimus damusque et inscribimus presentibus perpetuo et irrevocabiliter: Primo in civitate Grodnensi aream, ubi domus plebanalis incipiendo a cimeterio cum orto, qui est retro domum, ortulanisque et inquilinis usque ad plateam, que vadit a Judeis versus ec(c)lesiam claustralem sancte Trinitatis[3] in longum, a lateribus vero ex[e] utraque parte ad convalles[4] secundum antiquam limitacionem; item prope ec(c)lesiam sancte Marie duas tabernas liberas cum domibus et censu utilitatibusque, que inde proveniunt; item singulis annis de castro Grodnensi a claviatore nostro quatuor tunnas[f] alias wszathcze mellis et quatuor lapides cere, et pro festo Pasche ad matutina tenebrosa[g] tredecem candelas fusas alias posthawnyky et duas super candelabra magni altaris alias duas magnas circumvolutas super longas phalanges[h] pro accensione circa elevacionem sanctissimi Corporis Christi; item tres decimas manipulares, primam in Grodno ex utraque parte fluvii Nyemyen, secundam in Labno[5], terciam in Skydel[6], ubique de omni grano excepta avena; preterea curiam Czolkodowo[7] dictam cum hominibus, kmethonibus et cum agris, pratis, silvis, rubetis, gays, boris, mellificiis, fluviis, rivis, aquarum decursibus, stagno seu piscina, molendino et emolumentis, singulis pertinenciis ad predictam curiam spectantibus longe, late et in ambitu, prout in suis terris singulisque metis et limitibus ex antiquo distincta est et limitata; item novem lacus, duos circa curiam predictam et septem post fluvium Nyemyen et prope Servy[8] post fluvium Wolkvscha[9], quorum ista sunt nomina Pyawyczne, Thoczylowo, Orlye, Panyewo, Poboyne, Krzywe, Okrvhle, Mvkoschewo[i], Parva et Thobolowo[10] cum fluviis, rivis, orificiis et obstaculis eorundem; item borram mellificiorum post fluvium Byebra Jamyny[11] dictam; item decem homines in Lyeschnycza[12] cum terris, pueris et successoribus ipsorum, cum tributo mellis, dacia alias dzakla siliginis et avene, laboribusque et serviciis iuxta consuetudinem terre Lithvanie. Ista sunt bona, que predicta ec(c)lesia Sancte Marie in Grodno sicut ex prima sui fundacione habuit et possedit, ita et nunc et perpetuis temporibus cum omni iure, dominio et proprietate, nullis exceptis aut pro aliquo vel pro nobis quovismodo reservatis tenebit, habebit pacificeque possidebit pro utilitate moderni plebani et omnium successorum legitime ritteque intrancium. Nos eciam eidem ec(c)lesie et rectori successoribusque addimus duas sexagenas grossorum de exactione thabernali ibidem in Grodno singulis annis pro festo sancti Martini a procuratore alias grodnyczy seu exactore pensionis thabernarie quicunque pro tempore extiterit

410. [e] et *Tyszk.* [f] tynnas *Tyszk.* [g] matutinas tenebrosas *Tyszk. (rozumie się* horas *= ciemne jutrznie)* [h] longis falangis *Tyszk.* [i] Nvkoschewo *Tyszk.*

410. [1] *Ob. wyżej str. 140 Nr 115.* [2] *Ob. wyżej str. 440 Nr 377.* [3] *Był to prawdopodobnie kościół franciszkański.* [4] *X. M. Herburt tłómaczy ten wyraz jako* »rozdoły«. [5] *Łabno, wieś w Grodzieńskiem, 12 km. na zach. od Grodna.* [6] *Skidel, miasteczko w Grodzieńskiem, 29 km. na płd.-wsch. od Grodna.* [7] *Miejscowośc nieodgadniona.* [8] *Serwy, wieś nad jeziorem tej nazwy w Augustowskiem, 16 km. na pn.-wsch. od Augustowa.* [9] *Wołkusz czyli Wołkuszanka, prawy dopływ rzeki Czarnej Hańczy.* [10] *Jeziora te leżą w Augustowskiem w grupie jezior Wigierskich, dziś jednak mają przeważnie inne już nazwy; większość jednak z wymienionych tutaj tych jezior, jak Panicwo, Tobolowo, Orle, Krzywe, Okrągłe, Mikaszewo, Małe zachowało pierwotną nazwę.* [11] *Jaminy, wieś w Augustowskiem, 20 km. na pd. od Augustowa.* [12] *Leśnica, osada położona dwie mile na pn. od Grodna, niedaleko Niemna.*

recipien(das); racione cuius modernus plebanus et successores preter solita missarum officia in qualibet septimana obligabuntur implere unam missam pro anima parentis nostri regis Casimiri et antecessorum nostrorum. Item moderno plebano et eius successoribus admittimus libertatemque damus pro sua domestica necessitate pro foco et fornace recipere ligna in silvis et borris nostris, ubi comodius propiusque fuerit, et ducere per suos kmethones et alios quoscunque non alibi, solum ad suum predium vel domum in civitate, sed pro edificiis robora accipiantur cum scitu et voluntate tenutarii Grodnensis pro tempore existentis. In quorum omnium fidem, robur et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Grodno, feria sexta ante dominicam Oculi anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Presentibus magnificis et generosis Nicolao Radiuilovicz palatino Wylnensi et cancellario nostro, duce Alexandro de Holszany castellano Wylnensi ac tenutario Grodnensi, Georgio Hlebowicz tenutario in Smolensko, Jacobo Dowoynovicz capitaneo Drohyczensi, Stanislao Ivaszkowicz, Gregorio Osthykovicz tenutariis et marsalcis, ceterisque dignitariis ac curiensibus nostris. — Per manus honorabilis Ade Jacubowicz de Cothra, qui presencia habuit in commissis. — Relacio magnifici Nicolai Vylnensis et magni ducatus Lythvanie cancellarii.

411.

Wilno, 2 maja 1494.

Aleksander wielki książę litewski zatwierdza przedłożony sobie przez Wojciecha biskupa wileńskiego testament Jakóba Hanuszowicza, niegdyś marszałka swego, który zapisał temuż biskupowi dwa dwory swe Widze i Pierszaje z wszystkiemi przynależnościami, zabraniając wszelkiego niepokojenia ze strony krewnych.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CX—CXI z nagłówkiem: Privilegium Vydzy et Perschaya. — *2. Lib. II str. 345—7 z nagłówkiem:* Confirmatio Alexandri ducis Lituanie testamenti per Jacobum Hanuszewicz super donationem Widzy et Pierszaie Alberto episcopo Vilnensi facti; *odpis zgodny z Kop. 1 lecz skolacjonowany zapewne z oryginałem.*

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Alexander Dei gracia magnus dux Lythuanie[a], Russie Semogittieque[b] dominus et heres etc., significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris: Quomodo reverendus in Cristo[c] pater dominus Albertus episcopus Vilnensis sincere nobis dilectus coram nobis et consiliariis nostris ponebat litteras testamenti generosi Jacobi Hanussowycz[d] [1] quondam marsalci[e] nostri, quo testamento ille Jacobus pro moderno episcopo Vilnensi domino[f] Alberto et successoribus eius dedit, legavit et perpetuo inscripsit sui patrimonii duas curias ex nomine Vydzy et Perszaya[g] cum omnibus prediis, horreis, villis, cmetonibus[h], servitoribus singulisque utilitatibus et

411. [a] Lituaniae *Lib. II* [b] Semogitiaeque *Lib. II* [c] Christo *Lib. II* [d] Hanussowicz *Lib. II* [e] marschalci *Lib. II* [f] *brak w Lib. I* [g] Wydzy et Perszeya *Lib. II* [h] kmethonibus *Lib. II*

411. [1] *Jakóba Hanuszowicza zapis dla biskupa wileńskiego (ob. wyżej str. 447 Nr 390; tamże objaśnienia dotyczące przywiedzionych tu osób i miejscowości).*

dominos episcopos pro tempore existentes et in casu, quo aliqua instaret necessitas, ipsam capellam et eius duo altaria reficiendi, extunc dominus episcopus presens ex eisdem accumulatis pecuniis dictam capellam et altaria predicta reficiet. Itemque decem pelles castorinas cum earum caudis edibilibus nigras et benevalentes idem tributarii prefatis presbiteris dare annuatim debent tenenturque; si vero dicte pelles et caude hiisdem presbiteris non placeant, tunc loco earundem pellium et caudarum seu pro qualibet ipsarum memoratis presbiteris ipsi Szypyancy[k] per quadraginta grossos seorsum dabunt et exolvent. Rursus pro clerico ministrante quindecem mardures in sepedictis Szypyancy[k] provenientes, unumquemque mardurem per octo grossos taxando ut et nos protunc taxavimus, qui faciunt duas sexagenas, quas equidem duas sexagenas pro predicto clerico damus et inscribimus. — Ac insuper ereximus, fundavimus et dotavimus erigimusque, fundamus et dotamus tenore presencium in capella eadem episcopali de bonis hereditariis Wydzy [7] et Perszaya Minori[q], per generosum dominum olim Jacobum Hannvssewycz testamento et ultima voluntate persone nostre legatis[8], aliud altare, ad quod officium mortuorum idem presbiteri ut prefertur in cantu supplebunt. Quibus octo presbiteris predictis de villis seu curiis Wydzy et Perschaya Minori sexaginta tunnas siliginis puri grani de qualibet earum per triginta et de tritic(e)o ac ordeaceo braseis viginti, videlicet de unaquaque curiarum predictarum per quinque triticei et ordeacei braseorum tunnas in minori mensura vulgo solony beczky[r] dictas; necnon octo lapides cere purgate pro altaribus eiusdem capelle de supradicta curia et villa Wydzy per premencionatos dominos successores nostros episcopos Vilnenses dandos assignamus et deputamus, utque candele seu cerei huiusmodi cere ad quevis festa mobilia seu solennia in eiusdem duobus altaribus, incipiendo a primis [vespe]ris[s] per omnia divina officia usque [post comple]torium[t] in secundis vesperis [consumati]m[u] ardeant accense[v], quorum cereorum residua relicta clerico ministranti ad curiam [episcopalem][w] deportari et dari decrevimus[x]; item vinum sufficiens pro ipsa capella [ac etiam][y] pro lignis mediam sexagenam dictis presbiteris in commune; postremoque pro apparatu [altarium][z] sive vestibus sacris ad peragenda missarum officia deputatis abluendis mediam sexagenam grossorum in dictis Szypyancy damus et presentibus inscribimus, successoribus nostris dominis episcopis Vilnensibus premissa omnia et singula supplenda committen(tes). Quos quidem dominos episcopos memoratos earundem villarum et curiarum tributariorumque predictorum veros ac legitimos heredes post mortem nostram harum vigore substituimus et ordinamus, dantes et concedentes eisdem predictas villas, curias et tributarios Szypyancy antedictos cum omnibus et singulis iuribus, dominiis, potestatibus, iudiciis, libertatibus, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, mericis, rubetis, gaiis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, stagnis, lacubus, paludibus, rivis, aquis et earum decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis, tributis, contributionibus, consuetudinibus, laboribus, vecturis, podwodis, stacionibus, donacionibus quibuscunque, prout nos ipsi easdem villas, curias et tributarios tenuimus, habuimus et possedimus pacifice et quiete, libere et perpetue habendum, tenendum, pos-

432. [q] Widzy et Pierszaia Maiori *Lib. II i Krassowski*, Widzy et Perszaia Maiori *Lib. III* [r] solione beczki *Krassowski* [s] a principiis *Lib. III* [t] usque ad vesperas et completorium *Lib. III* [u] *opuszcza Lib. III* [v] accensi *Lib. III* [w] nostram *Lib. III* [x] decernimus *Lib. III* [y] *dopisuje ten wyraz Lib. I* [z] *w Lib. III luka w miejscu dziury oryginału, poczem* seu

432. [7] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 372 Nr 315 przyp. 2.* [8] *Testament Jakóba Hanuszowicza dzierżawcy w Ejszyszkach i marszałka nadwornego w. ks. Aleksandra ob. wyżej na str. 447—9 Nr 390.*

sidendum, utifruendum ac in usus suos beneplacitos convertendum, prefatis proventibus capelle duntaxat exceptis, prout ipsis dominis successoribus nostris melius et utilius videbitur ordinari[aa]. Quibus preterea dominis episcopis iuspatronatus et collacionem dicte mansionarie damus et presentibus conferimus, qui memoratos presbiteros[bb] clericumque sicut premittitur stipendiare tenebunt[cc] per ewm.

Tekst 1 (Lib. I i II).

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum.

Tekst 2 (Or. 2).

Utque presenti transsumpto privilegii mansionar(ie) preinserte[dd], quod de verbo ad verbum ob aliquem eventum infortuitum[ee] iussimus sub eadem manu notarii privilegii transsumi, plena[ff] fides adhibeatur, duximus[gg] eapropter hoc ipsum transsumptum sigillo privilegii nostro communiendum roborandumque atque mansionarie relinquendum[hh].

Datum Vilne, feria tercia in profesto dive Marie Magdalene anno Domini millesimo nonagesimo quinto. Presentibus ibidem venerabilibus, honorabilibus, generosis et nobilibus viris dominis[ii] Martino de Radom, Johanne de Thworkowo[jj] oficiali generali, magistro Georgio de Wolozyna et Bartholomeo alias Raczko canonicis Vilnensibus, Nicolao de Vilna et Petro in Wornyany curatis, Georgio de Cowno presbitero[kk] necnon[ll] Bartholomeo Thaborowycz[mm] memorati illustrissimi domini magni ducis Lituanie etc. marszalco[mm] et Martino Johannis de Poznania clerico eiusdem civitatis, sacra apostolica et imperiali auctoritatibus notario publico huiusquemodi facti scriba, ac ceteris pluribus fidedignis testibus circa premissa.

433.

Wilno, 21 lipca 1495.

Jachno Ławrynowicz wójt wileński, wraz z synami swoimi mistrzem Bernardem kanonikiem katedry wileńskiej, Mikołajem, Andrzejem i Jakóbem oraz córkami Zofją, Małgorzatą i Anną, sprzedaje ogród swój, będący jego ojcowizną a położony przy ulicy zwanej Glinianą Górą wśród domów rajców wileńskich podanych imiennie, O. Janowi wikarjuszowi konwentu wileńskiego u NPM. i braciom jego zakonnym za dwadzieścia groszy szerokich monety praskiej a liczby polskiej, zapewniając im obronę prawną w razie roszczeń ze strony swoich krewnych.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, 35 × 24 + 5 cm, rdzą splamiony i w środkowem zagięciu nią przeżarty. — Inicjał, sięgający aż do zakładki z wplecionemi literami SS; *inwokacja oraz następna litera* Q *wypisane dużą frakturą. —*

432. [aa] ordinare *Krassowski* [bb] *Lib. I dodaje* mansionar(ie) [cc] tenebimur *Krassowski* [dd] *ostatnia litera w Or. 2 zatarta;* preinserte *Krassowski* [ee] fortuitum *Krassowski* [ff] plenaria *Krassowski* [gg] dignius *Lib. III* [hh] incorporandum relinquendo *Lib. III* [ii] domino *Krassowski* [jj] Chworkowo *Krassowski* [kk] *Lib. I i II dodaje tu:* chorique Vilnensis cathedralis rectore [ll] ntro *Lib. III* [mm—mm] Thaborowycz illustrissimi principis ac domini Alexandri magni ducis Lithuanie etc. memorati marschalco *Lib. I*

Na paskach pergaminowych były przywieszone dwie pieczęcie, z których pierwsza, okrągła, średnicy 25 mm, wyciśnięta w zwykłym wosku, wyobraża w tarczy strzałę u dołu pierzastą w słup (przypominającą herb Niesobia), napis otokowy zatarty, po drugiej, odpadłej jeszcze przed w. XIX (ob. Reg.), pozostał tylko ślad w nacięciach na zakładce. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem zapisek bliskoczesny silnie wypełzły, tak że miejscami jest nieczytelny: Vendicio aree in civitate Vilnensi inter cerdones et Georgium Juriovicz 1495, A. 57; *2) na złożeniu spodniem zapisek z tegoż czasu ledwie czytelny:* ad ortum sub monte, quem tenet D. Marsalcus Rmi D. episcopi Vilnensis; *3) tamże zapisek późniejszy z w. XVI:* teras ten ogroth trzema hâptekarz Stanislaw tameze ziednego Jurgis Grazelis y dom Rogielow haptekarz dostal za konia od woyta supra, *poniżej:* vide literas si habet Jurgis Grazelis pro anno 1573 solvit grossos 30, plâcy po 30 grossos na rok: ot pyua y gorzalky po kopie; *4) na złożeniu wewnętrznem z w. XVII:* Jakuba Ławrynowicza ogrodu między Kozemiakami konwentowi Wilenskiemu Anno 1478 *(sic); 5) z w. XVIII:* N⁰ 26. Venditio areae seu horti inter cerdones a domino Jachno Ławrynowicz advocato Vilnensi A⁰ Dni 1495; *6) inne sygnatury: a)* N⁰ 60mo, *b)* Sub littera NN *(w. XVIII), c)* Odd. 1. Fas. 2. N. 1 *(w. XIX).*

Kop. Arch. Kap. Kat. Wil., odpis z w. XVIII/XIX na luźnej karcie dołączony do Or.

Reg. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, w »Raptularzu na regestr wszystkich dokumentow Xiężom Franciszkanom konwentu Wileńskiego służących« z r. 1804 za gwardjaństwa ks. Józefa Lubowidzkiego założonym, w pierwszej pozycji obok regestu tegoż dokumentu zanotowano: Na pargaminie przeszmulane, z zawieszoną iedną na wosku wyciśniętą pieczęcią y z znakami od drugiey. Po łacinie. Ni razu nie aktykowane. Napis na nim roku 1573 taki *(ob. wyżej Or. zapisek na odwrociu ad 3)*: Dziś zaś ogrod klasztorny zdaje się być na tym mieyscu. A jamy Gory Glinianey (:co pod Wizytkami:) zawalone gnoiem, na paszny grunt używać zaczynaią.

In nomine Domini amen. Quoniam humana memoria eternitati non com|mensuratur, expedit igitur, ut ea que fiunt in humanis ad perpetuitatis ratitudinem deducantur. Proinde ego | Jachno Lawrinowycz advocatus Vilnensis[1] una cum filiis meis, videlicet magistro Bernardo[2] eclesie kathedra|lis Vilnensis canonico et aliis filiis meis Nicolao, Andrea et Jacobo filiabusque meis Zophia, Margaretha et Anna, notum facio universis et singulis presencium noticiam habituris, lecturis et audituris, quia ego cum consensu filiorum et filiarum mearum predictarum deliberato animo vendidi aream sive ortum mei veri et legittimi patrimonii, situm secus plateam maiorem decurrentem ex parte domus Massani inter cerdones et ex parte domus Jacobi Szvroszycz, necnon penes plateam currentem versus montem, qui dicitur wlgariter Hlynyana Hora[3], et inter ortum Marci Markowycz preconsulis ex una, et ortum Stanislai Jvrgyowycz pellificis et consulis civitatis Vilnensis partibus ex altera, ultra sive penes p l y t h n y c z a m Niklasszy aurifabri, venerabili patri Johanni protunc conventus Vilnensis ad Beatam Virginem viccario et fratribus in eodem conventu commorantibus presentibus et futuris, pro viginti sexagenis latorum grossorum monete Pragensis numeri vero Polonicalis tenendum, possidendum, vendendum et commutandum et ad alios usus suos beneplacitos convertendum, cum omnibus et singulis suis utilitatibus, nichil penitus in prefato orto pro me et meis successoribus legittimis reservando, tam longe quam late et circumferencialiter, prout ego Jachno advocatus Vilnensis prefatum ortum ab antiquo quiete tenui et possedi; ita tamen, quod si quis ex meis successoribus legittimis

433. [1] *Ob. o nim Baliński M., Historya miasta Wilna T. II str. 126; pierwszy to u niego znany wójt wileński od r. 1485 (por. też X. Fijałka J., Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 317).* [2] *O tym mistrzu Bernardzie kanoniku wileńskim ob. X. Fijałka J., Uchrześcijanienie str. 180 i nast. oraz 269 w przyp. i nast.* [3] *Ob. wyżej pod Reg. (przy końcu).*

aut alter quispiam ortum prelatum a patre vicario sive a fratribus conventus Vilnensis iure propinquitatis aut quovis alio dolositatis modo exquirere voluerit, extunc ego Jachno advocatus Vilnensis patrem viccarium et fratres iamdicti conventus in omnibus et singulis eorum insultibus et iniuriis promittimus defendere atque ubique protegere pollicemur. In cuius rei testimonium sigillum meum et sigillum filii mei magistri Bernardi canonici in maius robur et evidenciam presentibus sunt subappensa. Datum et actum Vilne, feria tercia in vigilia sancte Marie Magdalene anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, presentibus testibus ydoneis et fidedignis [a].

434.

Łyntupy, 25 lipca 1495.

Mikołaj Ilinicz dziedzic wsi Bolbrzek *uposaża ołtarz, założony przez swego ojca w kościele w Łyntupach i konsekrowany już przez biskupa wileńskiego pod wezwaniem ŚŚ. Andrzeja apostoła i Jerzego, nadając mu: sześciu ludzi koło Serenczan imiennie przytoczonych wraz z całą przynależytością, czynszami i daniami; sześć funtów miodu, cztery chmielu i pół wosku z dworu swego w Łyntupach; plac przy stodole plebańskiej, pole na dziesięć beczek i dwie łąki w Łyntupach; dwoje służby; każdy rządca tego ołtarza winien zato odprawiać msze przy nim wedle brzmienia pierwszego przywileju (z 9 października 1486), t. j. dwie msze, jedną o odpuszczenie grzechów, drugą za umarłych.*

Or. brak.
Kop. Tyszk. k. 9'—10 nr 10.

In nomine Domini amen. Ne ea que fuerint in tempore evanescant cum tempore, necesse est, ut eternitatis munimine confirmentur. Proinde ego Nicolaus Ilynicz [1] heres de Bolbrzek [2], volens diem extreme messis piis operibus prevenire, salutique mee meorumque charorum predecessorum et successorum salubrius occurere cupiens, considerataque [a] cooperacionis bonorum operum amore Dei exibito in terris multiplici fructu recompensa [b] in celis ab ipso creatore Domino, omnium bonorum largitore, altare in ec(c)lesia nostra Lynthvpa [3], quod altare pater meus fundavit [4] in laudem et honorem Dei Omnipotentis, Assumpcionis Beatissime Virginis Marie sanctique Andree apostoli gloriosi et sancti Georgii militis Christi, per reverendum in Christo patrem dominum Andream episcopum Wylnensem consecratum [c 5] erexit; pro quo altari do et ascribo sex homines penes Syryncze [6] in districtu Lynthupyensi, primus [d] Rvkszys [e], secundus Romvczys filius

433. [a] *świadkowie nie są przytoczeni*

434. [a] consideratoque *w tekście* [b] recompensam *w tekście* [c] consecratam *w tekście* [d] *w tekście:* primum, *chyba że użyte przysłówkowo* [e] *poprawione z* Bvkszys

434. [1] *Mikołaj Iwanowicz Ilinicz w l. 1494—8 namiestnik miński, w r. 1495 marszałek litewski (ob. o nim Boniecki A., Poczet rodów WXL. str. 96).* [2] *Miejscowość nieodgadniona; może to popsuta nazwa zamiast Bołduk, taka bowiem osada istniała w parafji Łyntupy (ob. biskupa J. Zienkowicza, Synodus dioec. Viln. 1744 str. 56).* [3] *Ob. objaśnienie na str. 254 Nr 227 przyp. 2.* [4] *Dokument fundacyjny Anny z Dolgirdowiczów i Iwaszka Iliniczów z 9 października 1486 dla tegoż ołtarza w kościele ich w Łyntupach (ob. wyżej na str. 411/2 Nr 349.* [5] *Andrzej biskup wileński 1481—91.* [6] *Ob. objaśnienie na str. 274 Nr 242 przyp. 6.*

eius, tercius Paschko frater eius, quartus Peczko frater suus, quintus Vasko, sextus Dokszy cum omnibus eorum attinenciis, que spectant ad predictos homines, cum omni iure, proprietate et dominio et cum eorum successoribus, tributis, dacionibus et aliis quibuscunque aut quibusvis proventibus do et asscribo dictos homines, nobis nichil reservan(do) in eisdem, perpetue et in ewm; item dono et inscribo sex pvnthodos mellis et quatuor braseos, medium pvnth cere de curia nostra Lynthvpiensi; item dono et inscribo penes horeum plebani area(m) antiqua(m) et in quolibet agro parato super decem tunnas agrum paratum et pratum penes mosthek currenti fluvio Lynthvp ex utraque fluvii donavi et dedi usque ad silvam et alium pratum penes area(m) antiqua(m); eciam famulum et famulam obnoxios. Et quicunque erit rector huius altaris, tenebitur missas legere iuxta scriptum primi privilegii[7] perpetue et in ewm. Actum et datum in curia nostra Lynthvpyensi, sabato in vigilia gloriosi Jacobi apostoli. Presentibus testibus Leone plebano inibidem, Stanislao presbitero curie et nobili Mathia de Oszwakthy, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum.

435.

Wasiliszki, 27 sierpnia 1495.

Elżbieta Andrzejówna Sołohubówna dziedziczka Iwieńca zapisuje biskupowi Wojciechowi jako też następcom jego wileńskim wszystkie łąki i chmielniki z dóbr swoich dziedzicznych koło swojego dworu leżących aż po młyn w takiej rozciągłości, jak daleko staw tegoż biskupa w Starzynach (Wołmie) może wylac i zalać, z tem jednem tylko zastrzeżeniem, iż do końca życia będzie miała prawo mleć zboże dla siebie w tym młynie a w stawie łowić ryby na mały więcierz.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. I 2 k. CXXI'—CXXII' z nagłówkiem; Littere donacionis Helizabeth Solohubowa episcopo Thabor pratorum circa Starini *(z mylną datą* 1485*). — 2. Lib. II str. 346—7 z nagłówkiem:* Donatio ab Elizabetha Sołohubowna pratorum pro inundatione stagni in bonis Starzynki Alberto episcopo Vilnensi. — *3. Lib. Magn. k. XII.*

In nomine Domini amen. Universis et singulis presentibus et futuris quibus expedit harum noticiam habituris notum sit: Quod ego Helisabeth Andreyowna Solohubowna[1] heres in Iwyenyecz[2], non compulsa nec coacta neque aliquo erore devio seducta, sed mera et spontanea voluntate maturaque deliberacione prehabita et amicorum salubri freta consilio, ad postulacionem reverendissimi in Christo patris et domini domini Alberti Dei gracia episcopi Vilnensis, omnia prata et humuletos alias chmyelnyky[b] usque ad molendinum prope curiam meam, in bonis meis hereditariis maternis inclusive sitis et consistentibus, et alias tam longe et late, prout et quemadmodum stagnum seu piscina

434. [7] *T. j. z d. 9 października 1486 (ob. wyżej w przyp. 4).*

435. [a] Elizabeth Andreiowna Sołochubowna... Iwieniecz *Lib. II* [b] chmielniki *Lib. II*

435. [1] *Córka Andrzeja Sołłohuba, o którym ob. Boniecki A., Poczet rodow WXL. str. 326.* [2] *Iwieniec, miasteczko w Mińskiem nad rzeką Wołmą, 55 km. na zach. od Mińska, dziś w Polsce.*

memorati reverendissimi domini[c] episcopi in Starini[3] inundare, profluere et difundere[d] poterit, eidem reverendissimo in Christo patri[e] domino Alberto et suis successoribus episcopis Vilnensibus do, dono, assigno et presentibus perpetuo inscribo, per ipsum eiusque successores tenendum, habendum, utifruendum et possidendum perpetue et in ewm, nihil pro pueris et meis successoribus legittimis in eisdem reservantes[f]; eo tamen excepto, quod in molendino in Starini[g] prefata sine metreta et aliqua exaccione frumenta pro me molire et in stagno seu piscina eadem pisces cuiuslibet generis cum rethe minori alias[h] vatan[i] vel drgubycza[j] pro necessitate mea, quociens et quando opus fuerit prandere, piscari et venari liberum sit ad tempora duntaxat[k] vite mee, aliis vero successoribus non. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Actum et datum in Vasilyschky[l] curia mea, feria quinta post festum sancti Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo[m] quinto. Presentibus ibidem venerabili, honorabilibus[n] nobilibusque viris dominis magistro Bernardo de Vilna canonico Vilnensi, Joanne de Troki in ecclesia Vilnensi requista et in Oschmana altarista, Joanne de Volozina baccalario[o], Nicolao de Lukowe et Laurencio de Laskowyecz[p] presbiteris[q] curie memorati reverendissimi domini Alberti episcopi, Georgio Solohubowycz de Iwyenyecz[r] fratre meo, Stanislao Dukurnowycz[s], Seraphin marschalco et Bohdano Hronostay curiensi eiusdem domini episcopi, necnon legali Nicolao de Zhukowo[t] baccalario[u], clerico diocesis Posnaniensis[v], apostolica et imperiali auctoritatibus[h] notario factique presentis scriba, et aliis quam pluribus fidedignis ad[w] hoc testibus vocatis et rogatis.

436.

Wilno, 26 lutego 1496.

Bracia Bohusław, Jacko i Juszko Lonszczynyczy *sprzedają O. Janowi wikarjuszowi u NPM. w Wilnie i jego następcom łąkę swoją dziedziczną przy rzece Kienie za dwie kopy groszy.*

Or. brak; istniał on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum oo. franciszkanów wileńskich, gdzie sporządził zeń odpis Mikołaj Malinowski z uwagą: na pargaminie z pieczęcią na wosku czarnym, zawieszoną na taśmie pargaminowej, ślady liter wokoło pieczęci pozostały, herb zatarty *(ob. Kop.).*

Kop. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia 71 k. 18'.

Przekł. polski w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. W fascykule kopij dokumentów franciszkańskich P. Marji w Wilnie z w. XVIII na str. 8/9 nr 23 z sygnaturą dokumentu: Sub Litera AA. N° 10mo A° 1496.

Reg. niedatowany mieści się w zatwierdzeniu nadań i zapisów klasztoru franciszkańskiego przez króla Zygmunta I w Wilnie 5 grudnia 1522 i w jego transumptach (ob. o nich wyżej na str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi tak: (23) Alias vero litteras Bo-

435. [c] domini reverendissimi *Lib. II* [d] diffundere *Lib. II* [e] *brak tych 3 wyrazów w Lib. II* [f] reservando *Lib. II* [g] Staim *Lib. I* [h] *brak w Lib. I* [i] vathą *Lib. II* [j] drchubicza *Lib. II* [k] dumtaxat *Lib. II* [l] Wasszyschki *Lib. II* [m] *Lib. I błędnie* octuagesimo [n] *Lib. II dodaje* et generosis [o] Wołozina baccalaureo *Lib. II* [p] Laskowiec *Lib. II* [q] praesbyteris *Lib. II* [r] Sołohubowicz de Iwieniec *Lib. II* [s] Dukurnowicz *Lib. II* [t] Zukowo *Lib. II* [u] baccalaureo *Lib. II* [v] Posnaniensis dioecaesis *Lib. II* [w] ac *Lib. I*

435. [3] *Dawna to nazwa osady Wołmy, jak świadczy dokument z d. 10 sierpnia r. 1474 (ob. wyżej na str. 334 Nr 286 przyp. 3).*

guslai, Jaczko, Jvsko dictorum Lonsczinyczy, quibus fatentur pratum patrimonii sui, situm penes fluvium Kijany, pro duabus sexagenis eisdem fratribus perpetuo vendidisse.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos fratres | Bohuslaus, Jaczko, Jusko dicti Lonszczynyczy facimus manifeste universis et | singulis praesentes literas inspecturis, lecturis sive audituris, quia non compulsi | nec coacti nec aliquo dolo seducti, sed spontanea deliberatione ac unanimi voluntate et consensu vendi(di)mus pratum nostri legitimi patrimonii, situm penes fluvium dictum Kyena [1], pro duabus sexagenis latorum grossorum venerabili patri Johanni, vicario ad Beatam Virginem Vilnae et eius successoribus legitimis in perpetuum et in aeternum possidendum quieteque fruendum, sine quovis nostrorum successorum impedimento tam longe, quam late et circumferentialiter, prout ipsum pratum nos ipsi ex antiquo tenuimus. Datum et actum Vilnae, feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. In cuius rei testimonium sigillum nostrorum proximorum praesentibus est subappensum.

437.

Wilno, 12 marca 1496.

Michał Myszowicz z dystryktu Kijany sprzedaje ojcom i braciom zakonu braci mniejszych u NPM. w Wilnie na Piaskach, za zgodą swych krewnych, łąkę koło rzeki Kieny za siedmdziesiąt groszy szerokich.

Or. brak; istniał on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum oo. franciszkanów wileńskich, gdzie sporządził zeń odpis Mikołaj Malinowski (ob. niżej Kop. 1), stwierdziwszy, że pieczęć przylepiona na wosku czerwonym odpadła.

Kop. 1. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia 71 k. 18—18' (ob. wyżej Or.). — 2. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, wśród papierów franciszkańskich z drugiej połowy w. XVIII kopja łacińska na luźnej małej podłużnej karteczce z zapiskiem na odwrociu zgodna *i nazwiskiem w regestrze wystawcy* Myscowicz, *obok inną późniejszą ręką:* N. 1°.

Przekł. polski z drugiej połowy w. XVIII w temże Archiwum w fascykule kopij dokumentów franciszkańskich na str. 6 nr 15 z sygnaturą dokumentu: Sub. Litt. AA. N° 11mo A. 1496.

Reg. niedatowany w przywileju, zatwierdzającym nadania franciszkańskie przez króla Zygmunta I w Wilnie 5 grudnia 1522 (i w jego transumptach z lat 1636, 1653 i 1672, ob. wyżej str. 37 Nr 22). Brzmi ten regest jak następuje: (29) Item litteras Michaelis Mysshowycz de districtu Kyany, quibus profitetur pratum patrimonii sui penes fluvium Kyany situm pro septuaginta grossis eisdem fratribus perpetuo vendidisse.

In nomine Sanctae Trinitatis amen. | Ad perpetuam rei memoriam. Ego Michael Mysz|szowicz [a] de districtu dicto Kyeny [1] recognosco tenore | praesentium universis et singulis quibus expedit, quomodo meorum proximorum legitimorum cum consensu et consilio con(n)iventibus [b] fratribus maturo, vendidi pratum meum mei legitimi patrimonii,

436. [1] *Ob. objaśnienie na str. 38 przyp. 3.*

437. [a] Myszczowicz *kopja z w. XVIII i przekład polski* [b] convenientibus *kopja z w. XVIII,* eorum *Varia*

437. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 38 przyp. 3.*

situm penes fluvium dictum Kyena, venerabilibus patribus et fratribus ad Beatam Virginem Vilnae commorantibus ordinis Minorum praesentibus et futuris pro septuaginta grossis latorum grossorum tenendum, fruendum, vendendum, commutandum ac[c] in suos usus beneplacitos convertendum[c]. Datum et actum Vilnae, sabbato ipso die divi Gregorii[d] anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est subappensum.

438.

B. m., 18 marca 1496.

Mikołaj Petkowicz wobec Wojciecha Taborowicza biskupa wileńskiego przekazuje kościołowi parafjalnemu w Sołokach trzech ludzi imiennie podanych wraz z wszelką ich przynależnością, z obowiązkiem czynienia pamięci przez każdorazowego plebana i wikarjusza za żywych o odpuszczenie grzechów i za zmarłych przodków i następców.

Or. brak.

Kop. Lib. I k. CIV w transumpcie Adama de Cotra z d. 10 grudnia r. 1512, spisanym ręką z w. XVI (po r. 1534) z widymatem notarjusza Mikołaja Żukowskiego.

Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, indictione quartadecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri pape sexti (anno quarto), die veneris decima octava mensis marcii, comparens personaliter nobilis dominus Nicolaus Pieczkowicz[1] coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Alberto Taborowicz episcopo[a] Vilnensi, sponte et propter Deum post mortem suam dedit, donavit et legavit ad ec(c)lesiam parochialem in Solok[2] tres homines videlicet Jaczko Vyliasowicz, Milus Kurouicz et Michno Vilnouicz cum omnibus utilitatibus, fructibus, censibus, serviciis, terris, nihil sibi et suis successoribus ibidem reservando, per plebanos pro tempore existentes tenendum, habendum et possidendum pacifice perpetue et in evum; ita tamen quod plebanus et vicarius pro tempore existen(tes) in memoria vivorum pro peccatis et mortuorum pro defunctis predecessoribus et successoribus suis singulis missis memoriam tenebuntur habere in perpetuum, in quo conscientias eorum oneravit. Presentibus ibidem generosis et nobilibus viris Stanislao Dalewnowicz, Nicolao Buczkowicz, et aliis multis curiensibus reverendissimi domini episcopi prefati et Nicolao Abrae de Zukow actorum et presentis facti notario.

439.

Merecz, 2 maja 1496.

Aleksander wielki książę litewski, iżby kościół ŚŚ. Piotra i Pawła apostołów we wsi jego Trzcianne nie miał uszczerbku w dochodach przez osadzenie

---

437. [c]—[c] *brak w kopji z w. XVIII* [d] decimo octobris *kopja z w. XVIII*

438. [a] episcopi *w tekście*

438. [1] *Mikołaj Petkowicz lub Pietkowicz albo Pietkiewicz, o którego potomstwie ob. Boniecki A., Poczet rodów WXL. str. 246.* [2] *Sołoki, miasteczko w pow. jezioroskim nad jeziorem Łodzią, 22 km. na płd. od Jezioros.*

kmieci na polach folwarku książęcego, z którego dziesięcina szła do tegoż kościoła, nadaje mu: czynsz zwany meszne po cztery grosze z każdej włóki, wybierany corocznie przez wójta wielkoksiążęcego na Narodzenie MB. od osadzonych kmieci we wsiach Trzciannem i Niewierowie, zarówno Rusinów jak i katolików, t. j. Polaków i Litwinów, nie mają go zaś dawać Rusini ze wsi Przytulanki i Boguszewa jako osadzeni na nowym korzeniu, chyba żeby się zechcieli przyznać do obrządku Kościoła rzymskiego; dwa łany opustoszałe w Trzciannem i z daniny swej goniądzkiej na świece do tegoż kościoła trzy rączki miodu, wybierane corocznie przez gajowego książęcego.

Or. *brak.*

Kop. *Tyszk. k. 30—30' nr 28.*

Reg. *Ks. M. Herburta obszerne streszczenie polskie w rpsie Czart. 3516 k. 30.*

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Alexander[a] magnus dux Lithvanie, Russie Samogitieque dominus et heres etc., significamus tenore presencium universis et singulis presentibus et futuris, harum noticiam habituris: Quomodo volentes providere ut ec(c)lesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli in villa nostra Thrczyana[1] in suis proventibus non diminueretur neque defectum paciatur, ex eo quia terre et agri, ubi erat predium nostrum, unde ad ipsam ec(c)lesiam decime dabantur, pro locacione kmethonum super censum nostrum divisi sunt in mansos alias wloky per villas Thrsczyana et Nyewyerovo[2], propterea loco decimarum statuimus censum in predictis villis, ita quod omnes kmethones et incole earundem tam Rutheni quam catholici, hoc est Poloni et Lithvani, singulis annis et perpetuis temporibus pro festo Nativitatis Sancte Marie ad predictam ec(c)lesiam sancti Petri tenebuntur solvere et reddere censum vel daciam in wlgari meschne nuncupatam de quolibet manso quatuor grossos secundum numerum illius regionis conputando, quem censum debet exigere advocatus predictarum villarum et sui successores pro termino superius memorato, videlicet pro die Nativitatis Sancte Marie singulis annis et reddere in manus moderni plebani honorabilis Nicolai et ipsius successorum; in villis vero Przythvlyanka et Bogvszewo[3] a dacia missalium alias meschne excipimus tantum Rut(h)enos, qui illic ab inicio locacionis in cruda radice consederunt, nisi forte aliqui ritum Ecclesie Romane voluerint profiteri, qui cum successoribus more aliorum per eundem exactorem ad reddendam daciam huiusmodi prefate ec(c)lesie erunt obligati. Dedimus eciam ad eandem ec(c)lesiam sancti Petri, presentibusque damus et perpetuo inscribimus ibidem in Thrzczyana duos mansos desertatos; item de tributo nostro Gonyądzensi[4] tria manualia alias rączky mellis, quod mel plebano moderno et successoribus singulis annis pro tempore, quo tributa nostra exiguntur, debet extradere hayewnyk Gonyądzensis vel exactor, quicunque per[b] nos in districtu Gonyądzensi tributa mellis exiget, plebanus vero modernus et successores eius ceram de isto melle debent convertere pro candelis ad ec(c)lesiam predictam. In quorum omnium fidem et robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Merecz, secunda die mensis may anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. — Ad mandatum proprium domini magni ducis.

439. [a] *Tyszk. dodaje* Dei gracia rex Polonie [b] super *Tyszk.*

439. [1] *Trzcianne, miasteczko w pow. białostockim, 51 km. na pn.-zach. od Białegostoku.* [2] *Niewierowo, wieś tuż na wsch. od Trzciannego.* [3] *Przytulanka i Boguszewo, osady w tej okolicy, na wsch. od Trzciannego.* [4] *Ob. objaśnienie na 140 Nr 114 przyp. 1.*

440.

(*Mocno podejrzany*).

Merecz, 3 maja 1496.

Aleksander wielki książę litewski, celem podniesienia dochodów kapelana-plebana parafjalnego swego kościoła pod wezwaniem NPM. w Mereczu, zapisuje mu i następcom jego: dziesięcinę snopową owsa ze wszystkich dworów i folwarków, należących do tej parafji: dwa pola puste w okręgu (decimatu) Lituiniecz; *miejscowość* Buiacow *nad rzeką Mereczanką; wolną karczmę z wszelkim trunkiem przy kościele, nabytą własnym kosztem przez kurata Stanisława, z obowiązkiem oddawania z niej wosku plebanowi, który pobierał dzierżawca merecki; w zamian kuraci i ich wikarjusze mają śpiewać co piątek mszę św. o św. Krzyżu w kancie choralnym.*

Or. brak.

Kop. Bibljoteka XX. Czartoryskich w Krakowie, dypl. nr 1230 w transumpcie króla Zygmunta III, wydanym na sejmie warszawskim d. 5 lipca r. 1593 (przekaz błędny).

Uw. Sztuczna stylizacja, niepowszednia w tym czasie, a przytem niejednolita nomenklatura nie pozwalają uznać tego aktu bezwzględnie za autentyczny.

In nomine Domini amen. Cum tempus edax nihil praeter virtutes et scripta paciatur aeviternum, convenit, ut actus hominum, qui sub tempore sunt, testimonio sufficienti literarum posteritatis innotescerent noticiae. Ad perpetuam proinde rei memoriam, nos Alexander Dei gratia magnus dux Lituaniae, Russiae Samogitiaeque etc. dominus et haeres, significamus tenore praesentium, quibus expedierit universis: Quomodo consideratis[a] paucis proventibus ecclesiae nostrae parochialis in Merecz[1] tituli S. Mariae, quibus cappellanus ibidem vix potuit sustentari, volentes eiusdem plebanatum efficere copiosiorem, ut divinus cultus in ecclesia dicta diligentius ac ordine meliori peragatur, ecclesiae eidem ipsiusque moderno et caeteris successoribus curatis decimam avenae manipularem ex omnibus curiis et praediis nostris, eidem parochiae ex antiquo pertinentibus, singulis annis per cappellanum dictae ecclesiae tollendam; duos etiam agros desertos in decimatu Lituiniecz[2] sitos, Dołkunciszki[2] videlicet et Rodzisty[2] dictos tam late, longe et circumferencialiter, prout per ipsos Rodzisty et Dołkunciszki...[b] quondam possessores sunt tenti et ab antiquo limitati, nihil proventus, census aut servicii ex eisdem [possessori]bus[c] vel successoribus nostris penitus reservantes; Buiacow[d] [2] penes fluvium Merecz[3] iacens perpetuo et in aevum, cum omni iure, dominio et proprietate dedimus, donavimus, inscripsimus, damusque, donamus et inscribimus tenore praesentium mediante, per ipsos videlicet modernum et successores eiusdem ecclesiae curatos tenendum, habendum, utifruendum pacifice et quiete possidendum, ab ipsa tamen ecclesia nullo pacto alienandum. Concedimus demum cappellano eidem et successoribus tabernam habere liberam pro quacumque potu braxando et libere propinando absque ulla nostra exactione [de][c] domo aciali ecclesiae propria, versus plagam meridionalem sita, quam curatus protunc Stani-

440. [a] considerantes *błędnie w tekście* [b] *jednego wyrazu brak* [c] *wyraz zatarty* [d] *lekcja wątpliwa, wyraz zatarty*

440. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 371 Nr 313 przyp. 1.* [2] *Miejscowość nieodgadniona.* [3] *Mereczanka, prawobrzeżny dopływ Niemna, uchodzący doń pod Mereczem.*

slaus suo sumptu comparavit, ita tamen ut ex taberna eadem ceram hanc, quam tenutarius noster Merecensis dictae ecclesiae dare consueverat, iam deinceps cappellanus idem procuret irrecuse. Volumus propterea, ut intuitu eiusmodi dacionis et inscriptionis nostrae missae officium in ecclesia praefata singulis feriis sextis in honorem sanctae Crucis per eosdem curatos et eorum vicarios cantu chorali perpetuis celebretur temporibus, in quo eorum conscientias oneramus. Pro quorum firmitudine maiori sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Merecz, feria tercia festi sanctae Crucis anno a Natali Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Per manus magistri Erasmi notarii nostri, qui praesentia habuit in commissis.

441.

Wilno, 8 maja 1496.

Bogdan Bytołtowicz dziedzic z włości (districtu) *Kieny, za zgodą synów swych Januszka i Marcina, sprzedaje ojcom i braciom konwentu franciszkańskiego u NPM. w Wilnie, kiedy wikarjuszem był O. Jan, szereg swoich wieśniaków z nad rzeki Kieny, których przytacza imiennie, wraz z ich rolami, czynszami i wszelką przynależnością, za piętnaście kóp groszy, z której to kwoty połowę klasztorowi darowuje z obowiązkiem modłów o zbawienie swoje i swoich przodków.*

Or. *brak; znajdował się on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum oo. franciszkanów wileńskich, »na pergaminie, pismo wyraźne, kształtne; na złożeniu dolnem zapisano: Sigillum Satyrus, jakoteż w istocie na sznurze jedwabnym amarantowym, czarnym, przeplatanym, pieczęć okrągła woskowa, wyobrażająca mytologicznego satyra, trzymającego gałąź drzewa, wokoło napis do wyczytania trudny« (ob.* **Kop.** *1).*

Kop. *1. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 26—7 (odpis M. Malinowskiego wprost z oryginału, ob. Or.). — 2. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, kopja łacińska z drugiej połowy w. XVIII na luźnej karcie folio w fascykule kopij dokumentów franciszkańskich z zapiskiem pod tekstem inną ręką:* Concordatum cum originali Truchnowski R(egent) Sądu Podkomorskiego Smolenskiego *i tąż ręką na marginesie obok tekstu dwukrotnie:* L. T. R.; *z lewej strony marginesu wpoprzek zapisek:* Kopie dla JWJX. Horaina ad XX. Franciszkanow.

Przekł. *polski z drugiej połowy w. XVIII tamże z sygnaturą dokumentu:* Sub Litt. AA. N° 4[to].

Reg. *w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie dnia 5 grudnia 1522, zatwierdzającym nadania na rzecz oo. franciszkanów wileńskich (oryg. w Bibljotece Pol. Akad. Umiej.) oraz w jego transumptach (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi:* Item literas Bogdan Bytoltowycz de Kyana heredis, quibus fatetur sex homines suos in litteris expressos supra fluvium Kyana commorantes pro quindecim sexagenis, medietate videlicet precii, reliquam medietatem eidem monasterio donando, se vendidisse perpetuo monasterii predicti fratribus.

In nomine Domini amen. Quoniam humana memoria aeternitati non commensuratur, | expedit igitur, ut ea quae fiunt in humanis negociis, ad perpetuitatis ratitudinem deducantur proborum testimonio et | sigillorum munimento. Proinde ego Bogdan Bytolthowycz[a] haeres de districtu dicto[b] Kyena[c] [1], una cum consilio et | assensu filiorum

---

441. [a] *w Kop. 2* Bytholdowicz *poprawione ręką współczesną z pierwotnego* Bytolchowicz; Bytholdowicz *Przekł.* [b] *brak w Kop. 2* [c] *w Kop. 2* j *przekreślone;* Kyana *Przekł.*

441. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 37 przyp. 3.*

meorum nobilium Januschkonis[d] et Martini, non compulsus nec coactus neque aliquo dolo seductus, sed spontanea voluntate et matura animi deliberatione villanos meos fratres germanos nomine Strzyszelis, carpentarium Martinum, Woytkonem Staschulum, Janulum Lukaschum Eywylthowyczow[e] super fluvium Kyena[f] commorantes, a me iure haereditario possessos, vendidi praesentium vigore venerabilibus patribus et fratribus ordinis beati Francisci ad Beatam Virginem Vilnae commorantibus praesentibus et futuris in conventu praefato Virginis Gloriosae Domino famulantibus et eorum successoribus legitimis, pro quindecim sexagenis latorum grossorum monetae Pragensis numeri vero Polonicalis. Quos quidem villanos praefatos venerando[g] patri fratri Johanni protunc eiusdem ordinis vicario et eius successoribus legitimis in prefato conventu manentibus sive post hoc mansuris, vendidi cum omni iure et dominio, iudicio, potestate et libertate, quibus ipsos villanos hactenus possidebam, cum omnibus et singulis agris cultis et incultis et colendis, locatis sive locandis, uti arvis sive agellis, silvis, nemoribus, indaginibus sive g a y s z[h], rubetis, mericis, mellificiis, venationibus, pratis, pascuis, pomariis[i], hortis inventis et inveniendis, constructis et construendis, aquis, fluviis, piscinis et aquarum decursibus, molendinis et eorum emolumentis, cum omnibus et singulis fructibus, utilitatibus et[b] censibus, serviciis, p o d w o d i s, proventibus, contributionibus, dationibus, honoribus pacifice et quiete, libere et perpetue[j] resigno habenda, tenenda, possidenda, fruenda, vendenda, commutanda, alienanda et ad suos usus[k] beneplacitos convertenda, prout ipsi[l] patri vicario et eius successoribus legitimis eiudem ordinis melius videbitur ordinanda[m]. Ego vero suprafatus[n] Bogdan Bytholtowycz[a] conditione tali vendidi praefatos homines, videlicet medium pro praetio superius dicto, reliquam vero partem pro salute mea, meorumque carorum praedecessorum pro ecclesia Beatae Virginis dedi; pro quo fratres una cum patre vicario submiserunt se Deum exorare[p]. Si quis autem[p] ex meis successoribus legitimis praesens privilegium infringere voluerit iure propinquitatis, extunc prius patri vicario aut eius successoribus triginta sexagenas reponere censeatur[q]. Datum et actum in conventu Vilnensi, die dominico in festo sancti Stanislai anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto[r]. Praesentibus nobilibus viris Olyechnone Wolczkowycz, Johanne Wylyczysz, Michaele Wyschowycz, Alberto Jagelowycz, Simone Myschowycz, Rodzywylo Koneykowycz, Juskone Janowycz[s], ceterisque fidedignis ad haec specialiter vocatis et rogatis. In cuius maiorem evidentiam et testimonium sigillum meum praesentibus est subappensum.

442.

Wilno, 1 lipca 1496.

Wojciech biskup wileński zatwierdza przedłożony sobie testament Zofji zmarłej żony Mikołaja Butwiłowicza z Uszakowa z d. 11 stycznia 1494.

---

441. [d] Januszczkonis *Kop. 2;* Januszkonisa *lub może* Januszkowisa *Przekł.* [e] Czyszelys... Stasichulum... Łukaschum Cywylthowyczow *Kop. 2;* Woyłona, Stanisława Janula Łukasza Eywythowiczow *Przekł.* [f] Kyane *Kop. 2, gdzie* i *przekreślone* [g] vendidi *Kop. 2* [h] gaiis *Kop. 2* [i] pomeriis *Kop. 2* [j] perpetuo *Kop. 2* [k] usus suos *Kop. 2* [l] ipso *Kop. 1* [m] ordinavi *Kop. 2* [n] suprapraefatus *Kop. 2* [o] orare *Kop. 2* [p] aut *Kop. 2* [q] censeat *Kop. 2* [r] MCCCCLXXXVI *Kop. 2* [s] Wolczkowicz... Wyschorowicz... Jagellowycz... Myschowicz... Konieykowicz, Jusskone Janowicz *Kop. 2;* Olichnona Wołkowicza, Jana Wyliczysa, Michała Wyskowicza, Wojciecha Jagiełłowicza, Szymona Myszkowicza, Radziwiła Romeykowicza, Juskona Janowicza *Przekł.*

Zapisek na odwrociu testamentu w oryginalnym dokumencie, dochowany w poniższych kopjach (ob. tekst tego zatwierdzenia wyżej na str. 469 Nr 407 Or.).

Kop. 1. Czart. k. 58'. — 2. Lib. Magn. k. 50.

Reg. X. Fijałek Jan, Uchrześcijanienie Litwy przez Polskę str. 270 przyp. 1 d.

443.

Wilno, 1 września 1496.

Aleksander wielki książę litewski, na prośbę Stanisława Janowicza starosty żmudzkiego, zatwierdza przedłożoną sobie przez tegoż darowiznę dworku Bukieysczyszki *z czterema ludźmi, który od rodzica swego (króla Kazimierza) otrzymał był Michał Kieżgajłowicz wojewoda wileński i zapisał kaplicy swojej w katedrze wileńskiej, dodając czterech innych czynszowników z roczną daniną miodową tudzież inną dań miodową ze wsi* Vla, *która przeszła na tegoż Kieżgajłowicza po Siemionie Gedygołdowiczu.*

Or. brak.

Kop. Lib. II s. 221—2 nr 63.

Alexander magnus dux Lituaniae, Russiae Samogitiaeque dominus et haeres. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis: Quia veniens ad nostri praesentiam generosus Stanislaus Janowicz capitaneus noster Samogitiensis [1] supplicavit nobis pro roboratione quorundam censuum super capellam suam, in ecclesia cathedrali [a] Vilnensi ad latus sinistrum sitam, per antecessores eius dotatorum, obtulitque litteras divae recordationis genitoris nostri [2], quibus fueramus edocti, quomodo idem genitor noster donaverat perpetue magnifico Michaeli Kiezgałowicz [3] protunc palatino Vilnensi curiolam quandam Bukieysczyszki [4] dictam, cum quatuor hominibus laboratoriis et libertate totalique consensu curiam praefatam et dictos homines eidem capellae ascribendos. Quam curiolam praefatus Michael cum hominibus eisdem quatuor pro capella sua praefata ascripsit et devote legavit cum aliis etiam quatuor hominibus, vicinis tributariis, qui singulis annis quatuor urceolos mellis alias vszatki [b] pro dicta capella solvere obligantur. Ex quibus etiam literis intelleximus, quia idem genitor noster donaverat cuidam Schemon Dzieiedzigoldowicz [5] unam pullam mellis alias vstaw ex Vla [6] villa perpetuo accipiendam, quae tandem pulla mellis tributaria in praefatum Michaelem Kiezgałowicz pure et legitime fuit devoluta, et tandem pro capella eadem data et testamentaliter per eundem Michaelem Kiezgalowicz legata cum consensu speciali divi genitoris nostri. Quae [c] omnia et singula supradicta praesentibus literis nostris roborantes, rata fieri volumus et perpetuitatis vigorem obtinere. In quorum testimonium et firmitudinem maiorem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Vilnae, feria quinta ipso die Egidii sancti anno a Natali Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. — Ad mandatum proprium domini magni ducis.

443. [a] catholica *w tekście* [b] *pierwotne* Vszadki *poprawione przez korektora na* Vszatki [c] Qui *w tekście*

443. [1] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 443 Nr 387 przyp. 1.* [2] *Taki dokument nie jest obecnie znany (ob. wyżej str. 442 Nr 385).* [3] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 348 Nr 296 przyp. 2.* [4] *Ob. objaśnienie wyżej na str. 349 Nr 296 przyp. 8.* [5] *Siemion Giedygołgowicz, ob. objaśnienie wyżej na str. 212 Nr 187 przyp. 1.* [6] *Zapewne Ilja, jak wynika z dokumentu str. 349 Nr 296 przyp. 7.*

444.

B. m. i d., (około r. 1496).

Bogdan Bytołtowicz sprzedaje klasztorowi franciszkanów wileńskich kmiecia swojego Mateusza Maczowicza we wsi Mienczykowiczach.

Or. brak; jedyną wiadomość o tym akcie przekazał regest w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie d. 5 grudnia r. 1522, zatwierdzającym nadania na rzecz franciszkanów wileńskich (oryginał w Bibljotece Polskiej Akademji Umiej.) oraz w jego transumptach (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi: (6) Item alias litteras, quibus nobilis Bochdan Bytholtowycz hominem kmethonem nostrum dictum Matheum Maczowicz in villa Myenczykowicz perpetuo vendidisse et donasse eidem monasterio recognovit.

445.

(Mocno podejrzany).

Wilno, 15 marca 1497.

Bogdan Andrzejowicz z Poniżan uposaża kościół parafjalny w Niestaniszkach ku czci Ś. Trójcy, NPMarji oraz ŚŚ. Bartłomieja apostoła i Michała archanioła przez siebie założony z woli Wojciecha biskupa wileńskiego, na który prezentuje Pawła z Błonia, kapłana diecezji poznańskiej, nadając: dwór Miadzioł wraz z czternastu kmieciami, imiennie przytoczonymi i całą ich służbą, wyjąwszy ośmioro ludzi niewolnych również imiennie podanych, jak i ziemię nową Wronie, daje też dwanaścioro służby płci obojga wraz z ich dziećmi; dziesięć stawów należących do tegoż dworu, wyliczonych imiennie; pięć pudów miodu surowego od wspomnianych kmieci z zastrzeżeniem sobie od nich reszty takowego; dwa kamienie wosku na światło do rąk plebana z dworu Niestaniszki; część ziemi zwanej Siedliszcze na dwadzieścia beczek wysiewu wszelkiego ziarna wraz z łąką obok leżącą; dziesięcinę wszelkiego ziarna z pól dworskich w Lipieliszkach i Arszwiętach; wreszcie dwie karczmy wolne którykolwiek pleban może sobie zbudować.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. VI k. 316—317' z dopiskiem Lectum descriptum. — *2. Czart. k. 59—59'. — 3. Lib. Magn. k. 50—51.*

Reg. 1. Dzieje Dobroczynności R. I (Wilno 1820) str. 255 z błędną datą 1491. — 2. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 83. — 3. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 206/7 (z Lib. Magn.). — 4. X. Fijałek J., Uchrześcianienie Litwy str. 177 w przyp. i 270/1 w przyp. (z Czart. lecz z mylną wskazówką, jakoby oryginał znajdował się w Archiwum Kap. Wileńskiej).

Uw. O ile świadkowie są lub mogą być prawdziwi, hojność i szczegółowość nadania oraz przejawiająca się stylizacja potrydencka czynią tekst tegoż conajmniej podejrzanym lub interpolowanym. Wątpliwe też jest, czy Bogdan Andrzejowicz (Sakowicz) żył jeszcze w r. 1497 (ob. niżej w objaśnieniu).

In nomine Domini amen. Etsi cunctae orbis ecclesiae, sub Sanctorum fundatae vocabulis, pia sunt devotione fidelium venerandae, illas tamen, quae in honorem sanctissimae et individuae Trinitatis erectae noscuntur, eo excellentiori convenit memoria venerari, quo ipsa Trinitas sanctissima immediatius perfectiusque vota fidelium dirigit et ad exauditionis gratiam[a] benignius admittit. Proinde ego Bogdanus Andreiowicz[1] de Punizany[2] districtus terrigena Vilnensis, Dei fretus iuvamine, ecclesiam parochialem in Niestaniszki[b 3] in honorem excellentissimae ac individuae Trinitatis Virginisque Mariae Sanctissimae necnon sanctorum Bartholomaei apostoli et Michaelis archangeli funditus erexi de consensu et voluntate speciali reverendissimi patris et domini domini Alberti Dei gratia episcopi Vilnensis, ad quam ecclesiam honorabilem[c] Paulum de Błonie presbyterum Posnaniensis dioecesis clericum de facto realiter praesento. Cupiens itaque in spem praemii aeterni meae ac maiorum, Helene consortis meae successorumque animabus meorum, toto mentis affectu in praesidium de nique fultus deliberatione et consilio maturis, ut dominus Paulus praesentatus et alii, qui postea ad regimen ecclesiae parochialis in Niestaniszki[d] futuris succedaneis deputabuntur temporibus, merita potiantur mercede certisque provisionibus et stipendiis, decrevi donandam, ditandam[e] et roborandam. In primis praedictae ecclesiae in Niestaniszki[f] et eiusdem rectori praesentato ac aliis rectoribus pro tempore existentibus lego, do, assigno, incorporo perpetue et irrevocabiliter ascribo curiam Miediało[4] nuncupatam cum cmetonibus ac eorum filiis et[g] successoribus, primus cmeto Howien, secundus Bielus Dzieniwiczy, tertius Jakub Dreniewicz[h], quartus Pitko Mesilowicz[i], quintus Sienko Horaczka, sextus Chodoth Dobielczyc[j], septimus Pietko Przynien[k], octavus Pasko Laskowicz[l], nonus Ochwieyko Laskowicz, decimus Pilus Laskiewicz[m], undecimus Misko[n] Kunikowicz, duodecimus Belata Kunielowicz, tredecimus Deubszis[o] Sielkowicz, Iwan Daskowicz ultimus, isti et eorum successores cum uxoribus et pueris, famulis[p] et servis illiberis dictae ecclesiae parochiali per me erectae[q] et constructae et eius rectori et succedaneis legitimis iuxta consuetudinem in M. D. Lituaniae circa cmetones ex antiquo praesentatam[r] et praescriptam servire et laborare debebunt et tenebuntur, exceptis dumtaxat octo hominibus servilibus lorica alias p a n c e r n i k i[s] occasione servitii terrae, videlicet Jachimi[t] Nie-

---

Kop. Transumpt Wojciecha biskupa wileńskiego w Wilnie d. 20 maja 1501 w kopjarzu dokumentów dominikańskich w Archiwum klasztoru oo. dominikanów w Krakowie, zawierającym kopje oryginalne i zwykłe z w. XVI i XVII na k. 9—12; ob. niżej Nr 491.

Przekł. pol. 1. Teka Wileńska z r. 1858 nr 3 str. 76 (ogólna pag. 252) w pracy E(dwarda) T(yszkiewicza), O klasztorach zgromadzeń istniejących obecnie w diecezji wileńskiej; przekład dokonany przez ks. Kazimierza Lenartowicza O. P. — 2. Sadok Barącz, Rys dziejów zakonu dominikańskiego T. II str. 390 przyp. 512 (według poprzedniego przekładu).

Reg. 1. Dzieje Dobroczynności Roczn. I (Wilno 1820) str. 255. — 2. Kraszewski J. I., Wilno, T. II (Wilno 1840) str. 351 (prawdopodobnie według Reg. 1).

Uw. Bzowski Abr. w Propago D. Hyacinthi (Venetiis 1606) str. 8 podaje tylko ogólną wzmiankę o fundacji Aleksandra z datą 1501.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis amen. Quia frequentius res, quae praesentibus notę sunt et clarę, tempore procedente posteris futurisque ambiguę et obscurę efficiuntur, unde sapientum adinvenit ingenium, ut rerum gestarum memoria progeniretur, quod series earum, prout sunt gestę cum testium annotatione literis commendetur.

Proinde nos Alexander Dei gratia magnus dux Litwanię, nec non terrarum Samogitiae, Russię, Kyowię etc. dominus et haeres, ad perpetuam rei memoriam tenore praesentium significamus universis et singulis praesentibus et futuris, quomodolibet praesentium notitiam habituris quibus expedit, quomodo volentes, ut tempore nostri principatus et gubernationis nostrae sancta fides et religio christiana in dominiis nostris crescat et multiplicetur populusque christianus nostris beneficiis et liberalitate coadiutus merito et numero in honorem sui coadiutoris coaugeri et insuper divinę laudis praeconium ampliari possit, propterea habentes singularem respectum et devotionem ad ordinem fratrum Praedicatorum S. Dominici venerabilemque patrem fratrem Albertum [a] de Syczene [b] [1] s. theologię professorem provincialem provinciae regni Poloniae et non minorem ad fratres eiusdem professionis, qui scientia, vita et morum honestate et singulari praedicationis excellentia aliisque laude dignis virtutum meritis, quibus, ut nostra experientia et fide dignorum testimonio accepimus, pollent et in dies pollere non cessant; unde animadvertentes, quod ipsi fratres scientiis, doctrinis, salutiferis praedicationibus et aliarum virtutum exemplaritate in dominio nostro plurima incrementa fidei et religionis Christianę facere possent, eisdem motu nostro proprio et speciali deviotione ecclesiam S. Spiritus in Vilna nostrae provisionis pro divino cultu peragendo una cum area immediate coniuncta dictę ecclesiae pro monasterio constituendo et ędificando locumque, ubi domus cum quatuor tabernis domui eidem immediatis venerabilis Nicolai Korczak quondam praepositi ecclesiae dicti tituli S. Spiritus ex antiquo consistit, et torrentem Vinger [2] cum omnibus utilitatibus eiusdem aquae, quae humano ingenio quomodolibet, quibusvis non obstantibus, ex nunc et in posterum excogitari possunt, ad usum et utilitatem dictorum fratrum monasterii S. Spiritus non sine speciali consensu et ratihabitione dicti venerabilis Nicolai Korczak ecclesiae praefatę praepositi coram nobis per eum concesso et facto, finaliter tamen ad effectum subsequuto per resignationem tituli dictae praepositurae S. Spiritus, prout statuta ecclesiastica disponunt, in manibus reverendissimi domini Alberti Dei gratia episcopi Vilnensis in praesentia totius capituli ecclesiae S. Stanislai praesentibus assignamus, damus, donamus, approbamus et invisceramus, assignavimus, dedimus, donavimus, approbavimus et inivisceravimus cum omni iure, dominio et proprietate ex nunc et in ęvum dicto ordini fratrum Praedicatorum pro provinciali Poloniae et fratribus, qui per ipsum ordinem aut priores provinciales pro tempore dictae provinciae Poloniae missi et assignati fuerint ad praefatum monasterium S. Spiritus per nos eis sic iam donatum inhabitandum, quiete possidendum et dirigendum, prout ipsorum fratrum regula et ordinis statuta disponunt. Verum quia loca sacra et praesertim religiosorum monasteria locantur, eriguntur et privilegiantur, propter officium divinum peragendum et populum Christianum verbo, vita et moribus instruendum et aedificandum, proinde nos etiam tenore praesentium nostram intentionem et fratrum dictorum locationem nostris successoribus significamus et declaramus, quod si prior et fratres dicti monasterii S. Spiritus in nostra civitate Vilna sub observantia et vita religiosa, prout ipsorum regula et constitutiones disponunt, vivere noluerint, ex tunc nobis et nostris successoribus cum diocesano [c] fratres saepe dicti ordinis, qui sub observantia et religiose vivere voluerint, quibusvis nostris inscriptionibus [d] non obstantibus, advocare, inducere et in monasterio dicto locare ple-

486 [a] *wyraz nadpisany* [b] *skrobane i poprawiane w Kop.* [c] dioc̄ *w tekście* [d] *poprawione ze* subscriptionibus

486. [1] *Może Siecień (Siecienie) w pow. lipnowskim.* [2] *Winger, Wingry struga w Wilnie na Piasku, ob. wyżej str. 144 Nr 124.*

nariam facultatem reservamus. Actum et datum Vilnę, feria 2^a proxima post festum Natalis Sancti Stanislai anno Domini milesimo quingentesimo primo. Praesentibus ibidem reverendis et magnificis Alberto episcopo, Nicolao Radziuiłowio pallatino Vilnensi, Joanne de Zabrzedzie pallatino Trocensi, Alexandro Jurgiewicz castellano Vilnensi et capitaneo Grodnensi, Stanislao Janowicz capitaneo Samogitiensi et castellano Trocensi, Michaele duce Chlinensi, Alberto Clocko marschalcis nostris et Nicolao Nicołaiowicz subpincerna magni ducatus Litwaniae et capitaneo Belczensi, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad praemissa. Et in robur perpetuum sigillum nostrum est subappensum per manus honorabilis Stanislai Veneti[e] notarii, qui praemissa habuit in praemissis.

487.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI na prośbę Aleksandra w. księcia litewskiego pozwala na śpiewanie jednej tylko mszy przededniem w adwencie w katedrze wileńskiej, zamiast ośmiu śpiewanych tamże dotychczas codziennie, a na wspomożenie tejże katedry udziela wszystkim wiernym przy dopełnieniu zwykłych warunków odpustu trzydziestu lat i tyleż kwadragen za nawiedzenie jej pobożne w uroczystość Zmartwychwstania Pańskiego, Zielonych Świątek, Narodzenia i Podniesienia św. Stanisława oraz Poświęcenia Kościoła.

Or. bulli znajdował się w Archiwum Kapituły Wileńskiej jeszcze w pierwszej połowie w. XIX, jak świadczy streszczający obszernie tę bullę Katalog tegoż Archiwum z r. 1830 na str. 43/4 w dziale bull i indultów papieskich N. 2⁰ w pozycji 8. z zaznaczeniem, iż jest »w oryginale na pargaminie«.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 46—47' na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, *przy końcu zaś pod tekstem:* P. Thomarotius, *poniżej inną ręką:* Collac. Hadrianus. — *2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 65.* — *3. Acta Cap. Cath. Viln. T. I, k. 4'—5' z nagłówkiem ozdobnem pismem:* Tenor bullae indulgenciarum pro ecclesia Vilnensi per eundem praepositum expedita *(sic)* cum idulto missae ante diem tempore Adventus. — *4. Tamże, Lib. I 2 k. CXLII'—CXLIV z nagłówkiem:* Ecclesie Vilnensi de missa ante diem indultum cum indulgenciis.

Wyd. 1. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II (Romae 1861), str. 286 nr 306 (z Kop. 2). — *2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. I str. 32—3 (z Kop. 4).*

Reg. 1. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka z początku w. XVI, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek w Archiwum Komisji Historycznej Serja 2, T. I str. 88 nr 26. — *2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. I str. 17 (z mylną datą 15 marca).* — *3. Tamże T. III str. 4.*

Alexander episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officii nobis ex alto commissi ad ea libenter intendimus, per que[a] ecclesiasticarum personarum presertim in ecclesiis cathedralibus insignibus deservientium commoditati et pleniori divini cultus ministerio[b] ac eciam earundem ecclesiarum conservationi et ornamento animarumque christifidelium saluti Deo propicio salubriter consulitur. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lytthuanie nobis nuper

486. [e] Veneum *błędnie w Kop.*

487. [a] *dwa razy powtórzone w Reg. Vat.* [b] *opuszcza Lib. I*

exhibita petitio continebat, quod in ecclesia Wilnensi, que inter ceteras ecclesias cathedrales ducatus Lytthuanie insignior existit et ad quam dux ipse singularem gerit devotionis affectum consueverunt singulis diebus tempore Adventus Domini octo misse decantari, et quoniam eo tempore dies admodum sunt breviores, officia vero divina longiora, ita quod omnes octo misse huiusmodi non bene neque commode decantari possint, pro parte eiusdem ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut[c] de cetero in dicta ecclesia in ipso tempore Adventus ex octo missis, que singulis diebus ut prefertur cantari consueverunt, una duntaxat missa ante lucem decantari possit, concedere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honesta fidelium vota benivolo favore libenter prosequimur, huiusmodi supplicacionibus inclinati, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in dicto tempore Adventus Domini una missa duntaxat ex octo missis predictis ante lucem circa tamen eandem[d] lucem decantari libere et licite valeat, auctoritate apostolica tenore praesencium de[e] speciali gratia concedimus. Et insuper piis desideriis eiusdem ducis in hac parte annuentes ac[f] cupientes, quod prefata ecclesia, que eciam sicut accepimus prope partes infidelium sita existit, a christifidelibus congruis frequentetur[g] honoribus ac in suis edificiis peramplius reparetur, conservetur et[h] manuteneatur, nec non luminaribus et ornamentis ecclesiasticis decoretur et divinus ipse cultus maius inibi suscipiat incrementum, utque fideles ipsi eo prompcius ad premissa manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus antedictis vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi et Penthecostes ac Nativitatis et Translacionis sancti Stanislai nec non Dedicacionis eiusdem ecclesie festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive festivitatum seu dierum earundem devote visitaverint[i] annuatim et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem et alia premissa manus porrexerint adiutrices, triginta annos et totidem quadragenas pro qualibet festivitatum seu dierum earundem de iniunctis eis poenitenciis misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam et ad premissa manus adiutrices porrigentibus aut alias inibi[j] pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua alia[k] indulgencia in perpetuum et ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et relaxacionis infringere vel ei[l] ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnacionis Dominice millesimo quingentesimo primo idibus[m] maii, pontificatus nostri anno nono.

488.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI wszystkim wiernym udziela odpustu lat 20 i tyleż kwadragen, jeżeli już jaki inny nie został nadany, za nawiedzenie jałmużnicze

487. [c] *dodaje* quod *Reg. Vat.* [d] *w Lib. I brak tego wyrazu* [e] ex *Lib. I* [f] et *Lib. I* [g] frequenter *Lib. I* [h] et *Acta cap.* [i] visitaverit *Lib. I* [j] huiusmodi *Acta cap.* [k] alia aliqua *Acta cap.* [l] *Lib. I opuszcza* [m] idus *Lib. I*

w Boże Narodzenie, w święto M. B. Gromnicznej i Wniebowzięcia kaplicy NPMarji, świętych Jędrzeja i Stanisława w kościele wileńskim, zbudowanej i uposażonej przez zmarłego Kazimierza króla polskiego, w której spoczywa jaśniejący wielu cudami Kazimierz, brat Aleksandra w. księcia litewskiego.

Or. *brak.*

Kop. *1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 50'—51; na początku na lewym marginesie ręką tekstu:* Hadrianus, *przy końcu zaś pod tekstem:* P. Thomarotius, *niżej inną ręką:* Collat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 64'. — 3. Acta Cap. Cath. Viln. T. I k. 5'—6.*

Wyd. *1. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 287 nr 307 z datą:* VI Idus Maii *(z **Kop.** 1). — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. III str. 4/5 (z **Kop.** 3).*

Reg. *1. Raynald O., Annales Ecclesiastici T. XI pod r. 1501 nr 20 z przytoczeniem jednego ustępu z tomu Regestów pod sygn. Lib. 2 ep. secr. p. 50 (a więc jak się zdaje z **Kop.** 1). — 2. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek, str. 88 nr 25.*

Alexander etc. venerabilibus fratribus Vilnensi et Mednicensi ac Luceoriensi episcopis salutem etc. Alexander etc. Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum fabricis et ornamentis manus porrigere adiutrices pium et meritorium apud Deum existimantes, fideles singulos ad exhibendum eis oportuna suffragia spiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus frequenter invitamus, ut per temporalia, que hiis tribuerint auxilia, premia consequi mereantur felicitatis eterne. Cupientes igitur, ut capella Beate Marie ac sanctorum Andree et Stanislai sita in ecclesia Wilnensi, per clare memorie Kazimirum Polonie regem magnifico opere constructa et dotata ac preciosissimis ornamentis pro divino cultu decorata, et ad quam ut accepimus dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lythuanie, cuius frater germanus Kazimirus dux apud illam capellam sepultus multis miraculis clarere perhibetur, singularem gerit devotionis affectum cupitque ad illam divinum cultum augeri, a christifidelibus frequentetur et in debita veneratione habeatur ac in suis structuris[a], edificiis et ornamentis conservetur et manuteneatur fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa ad dictam capellam confluant ac ad conservationem et manutentionem predictas manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem domo celestis gratiis uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi omnibus et singulis fidelibus predictis vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in Nativitatis Domini nostri Jesu Christi et Purificationis ac Assumptionis Beate Marie Virginis festivitatibus a primis vesperis usque ad secundas vesperas festivitatum earundem inclusive devote visitaverint ac ad conservationem et manutentionem predictas manus porrexerint adiutrices ut prefertur, viginti annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuo valituris. Volumus autem, quod si alias dictam capellam visitantibus et ad premissa manus adiutrices porrigentibus seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M°CCCCC°I° idibus may, pontificatus nostri anno nono.

488. [a] *następuje* et *przekreślone*

489.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciołkowi proboszczowi kościoła wileńskiego, swemu notarjuszowi, który jest sekretarzem i posłem w. ks. litewskiego Aleksandra u tegoż papieża, ze względu na usługi oddane Stolicy apostolskiej, naukę jego własną i życie przykładne, zwalniając go od wszelkich wyroków, cenzur i kar kościelnych, pozwala motu proprio *przyjmować i dzierżyć jakiekolwiek urzędy i dostojeństwa w kościołach Królestwa Polskiego, krakowskim, gnieźnieńskim, włocławskim, poznańskim i płockim, w których wedle istniejących statutów i zwyczajów, zatwierdzonych przywilejami papieża Marcina V i może innych, kanonje z prebendami, prałatury, administracje i urzędy mogą otrzymywać tylko ci, którzy są szlacheckiego pochodzenia albo posiadają stopnie uniwersyteckie w teologji, obojgu prawie lub medycynie, w sztukach zaś nauczali przez lat siedm w tym wydziale lub uczyli się w innym, albo też wreszcie urzędnicy Stolicy apostolskiej.*

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 38—39', na początku na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, *przy końcu zaś pod tekstem:* P. Tuba, *poniżej inną ręką:* Collat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 74' z nagłówkiem:* Derogatio statutorum in favorem oratoris.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89/91 nr 32 (z przytoczeniem ustępu de non recipiendis plebeis*).*

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis, magistro in artibus, notario nostro salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, nec non litterarum sciencia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut accepimus, in statutis et consuetudinibus Cracouiensis, Gneznensis, Wladislauiensis[a], Poznaniensis ac Plocensis ecclesiarum in regno Polonie consistentium seu priviligiis et indultis per felicis recordationis Martinum V et forsan alios Romanos pontifices predecessores nostros concessis inter alia caveri dicatur expresse, quod canonicatus et prebende aut dignitates, personatus, administrationes vel officia dictarum ecclesiarum a nullis nisi de nobili genere ex utroque parente procreatis, aut magistris vel licentiatis seu bacallariis formatis in theologia, aut doctoribus seu cum rigore examinis in iure canonico vel civili lincentiatis aut in medicina, vel qui in artibus post susceptionem magisterii per ipsos in illis aut aliqua alia facultate per septennium studuerint seu rexerint magistris[1],

489. [a] *w tekście Reg. Vat. mylnie* Wradislauiensis; *brak tego wyrazu w Kopjarzu Ciołka*

489. [1] *Wydania bull papieskich jako też statuty kapitulne »De non recipiendis plebeis« ob. Statuty kapituły katedralnej włocławskiej z materjałów przysposobionych przez X. prałata Stan. Chodyńskiego wydał i bibljografją ustawodawstwa kapitulnego w Polsce poprzedził X. Dr*

seu apostolice Sedis officialibus pro tempore existentibus, qui in eisdem ecclesiis iuxta illarum statuta et laudabiles consuetudines in divinis personaliter deservire teneantur et sint astricti per litteras dicte Sedis vel legatorum eius, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de statutis et consuetudinibus aut privilegiis et indultis huiusmodi mentionem, vel etiam ordinaria authoritate confici possint, ac quod dilecti filii capitula earundem ecclesiarum aliquem nisi ut prefertur qualificatum ad canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi admittere non teneantur aut ad id etiam censuris ecclesiasticis cogi aut compelli possint: nos volentes te, qui etiam dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Littwanie ad nos et Sedem predictam orator distinatus et, ut etiam accepimus, secretarius suppremus existis et, ut accepimus, prepposituram ecclesie Wylnensis inter alia obtines, premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso teque a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presencium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate tibi, ut quoscunque canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia in eisdem ecclesiis, etiamsi ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur aut eligaris, presenteris vel assumaris ad illos, illas vel illa et instituaris in eis, recipere et retinere libere et licite valeas, ac quod capitula prefata[b] te ad illos, illas vel illa admittere teneantur, constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non predictis et quibusvis aliis earundem ecclesiarum privilegiis et indultis ac statutis et consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia concedimus et indulgemus ac eisdem statutis, ordinationibus, privilegiis et indultis illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, proviso, quod canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis predictis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed illorum ac canonicatuum et prebendarum predictorum congrue supportentur onera consveta. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, concessionis, indulti et derogationis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. M°CCCCC°I° idibus maii, pontificatus nostri anno nono.

490.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciołkowi kanonikowi krakowskiemu, notarjuszowi swemu, który jest posłem w. księcia Aleksandra, składającym obedjencję temuż i Stolicy apostolskiej imieniem swego pana, ze względu na

Jan Fijałek (w Krakowie 1915/1916, nakł. Akademji Umiejętności) str. 4 pod a) z przyp. 2, str. CLXX—CXXII pod B gdzie i literatura o tym przedmiocie jest wskazana (O. Balzer i Stan. Zachorowski), str. CXCIII pod C i według indeksu na str. 340 (bulla), 435 (plebei) i 450 (receptio).

489. [b] prefati *w tekście*

usługi oddane Stolicy tejże, naukę jego własną i życie przykładne, tudzież świadectwa osób wiarygodnych, który już otrzymał dyspenzę apostolską na trzy beneficia kościelne z duszpasterstwem lub skądinąd incompatibilia, i posiada między innemi probostwo wileńskie, nadaje motu proprio *przywilej z mocą obowiązującą od 1 marca i 2 maja 1496, uwalniając go od wszelkich cenzur kościelnych, na objęcie samemu lub przez posła w razie użytkowania jednej kanonji krakowskiej, drugiej włocławskiej i trzeciej poznańskiej, wyjąwszy jedynie wakansu ich, zastrzeżonego już Stolicy apostolskiej, a egzekutorami tego przywileju mianuje arcybiskupa raguzańskiego oraz w zastępstwie oficjałów krakowskiego i poznańskiego.*

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 24—29, na początku, na lewym marginesie tą samą ręką: Hadrianus, *a przy końcu pod tekstem:* P. Thomarotius, *pod tem inną ręką:* Colationat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 68'.*

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 30 (niezbyt ściśle).

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio canonico Cracouiensi, magistro in artibus, notario nostro, salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, nec non litterarum sciencia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia statuimus et ordinavimus, quod nullus vigore cuiusvis gratie expectative quodcunque beneficium ecclesiasticum dispositioni apostolice generaliter reservatum, vel ex generali apostolica reservatione affectum, etiam si alias sub huiusmodi gratia comprehendi videretur, acceptare, aut de illo sibi provideri facere posset seu deberet, decernentes irritum et inane, quicquid secus contingeret attemptari, tibi, qui dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lytthuanie ad nos et Sedem predictam pro nobis prestanda obedientia orator destinatus existis, et cum quo dudum ut accepimus ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitana post pontificales maiores, seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut due ex eis parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie forent et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consvevissent, qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum, si tibi alias canonice conferrentur aut eligereris, presentareris vel assumereris ad illa et institueteris in eis, recipere et insimul quoad viveres retinere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique prepositurarn ecclesie Wilnensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit inter alia obtines ac eiusdem Alexandri magni ducis primus secretarius existis et aliam gratiam expectativam a nobis non obtinuisti, premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu specialem graciam facere et presentes literas ac si sub datis kalendis martii pontificatus nostri anno quarto concesse forent et processus habendos per easdem, ac si die secunda mensis maii eiusdem pontificatus nostri anno predicto in prima expeditione habiti et decreti fuissent quoad vacatura valere volentes, teque

a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate unum Cracouiensis et alium Wladislauiensis[a] ac alium Poznaniensis ecclesiarum canonicatus, in quibus maiores, medie et minores seu pinguiores et minus pingues prebende fore noscuntur, cum plenitudine iuris canonici prefata tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Cracouiensem et aliam Wladislauiensem[b] ac aliam Poznaniensem prebendas, etiam ex maioribus seu pinguioribus, ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earumdem ecclesiarum etiam unus ex canonicatibus et una ex prebendis etiam maioribus seu pinguioribus, aut dignitas seu personatus, aut administratio vel officium huiusmodi dispositioni apostolice, ex quavis causa preterquam vacationis illorum apud Sedem predictam aut familiaritatis nostre continue commensalitatis vel alicuius viventis et in Romana curia presentis cardinalis, cuius ad hoc consensus requirendus foret, generaliter reservata aut ex aliqua generali apostolica reservatione affecta fuerint et ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consveverit, quis per electionem assumi eique cura immineat animarum, si que, si qui vel si qua vacant ad presens, aut cum simul vel successive vacaverint, quas, quos vel que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc a te legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illarum vel illorum innotuerit, duxeris acceptandas, acceptandos vel acceptanda, conferendas, conferendos seu conferenda tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservamus, districtius inhibentes venerabilibus fratribus nostris Cracouiensi, Wladislauiensi[c] et Poznaniensi episcopis ac dilectis filiis dictarum ecclesiarum capitulis necnon illi vel illis, ad quem vel ad quos in dictis ecclesiis prebendarum etiam maiorum seu pinguiorum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum collatio, provisio, presentatio, electio, seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de prebendis eciam maioribus aut pinguioribus ac dignitate, personatu, administratione vel officio huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illos, illas vel illa nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, et nichilominus venerabili fratri nostro archiepiscopo Ragusano[1] et dilectis filiis Cracouiensi et Poznaniensi officialibus[2] per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra te vel predictum procuratorem tuum nomine tuo in qualibet dictarum ecclesiarum in canonicum recipi et in fratrem stallo tibi in choro et loco in capitulo cuiuslibet ipsarum ecclesiarum cum dicti iuris plenitudine assignatis prebendas vero etiam maiores aut pinguiores ac dignitatem, personatum, administrationem vel of-

---

490. [a] Wratislauiensis *w tekście* [b] Wratislauiensem *w tekście* [c] Wratislauiensi *w tekście*

490. [1] *Arcybiskupem raguzańskim był naonczas Jan z Ankony (de Sacchis) 1490 † 1505 (zob. Eubel-Schmitz Kallenberg, Hierarchia catholica m. ae. T. III wyd. z r. 1923).* [2] *Oficjałem krakowskim był naonczas Jan ze Starzechowic doktor dekretów, kanonik krak. i scholastyk wiślicki; oficjałem poznańskim Mikołaj Kotwicz ze Żnina, doktor dekretów i archidiakon pozn.; obaj występują w Aktach kapitulnych jeszcze w r. 1500.*

ficium huiusmodi, si vacant aut cum vacaverint ut prefertur, cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis tibi post acceptationem predictam eadem auctoritate conferant et assignent, inducentes te vel dictum procuratorem pro te in corporalem possessionem prebendarum etiam maiorum seu pinguiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum ac facientes te vel procuratorem predictum ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi ut est moris admitti, tibique de illorum ac canonicatuum collatorum et prebendarum etiam maiorum reservatarum predictorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritates etc. Non obstantibus statuto et ordinatione ac priori decreto premissis et aliis apostolicis constitutionibus nec non de certo canonicorum numero ac aliis earundem ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac privilegiis et indultis eisdem ecclesiis respective concessis, illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod nullus in eis maiorem seu pinguiorem prebendam assequi valeat, nisi de minori aut minus pingui ad mediam et de media seu minus pingui prebendis ad maiorem seu pinguiorem prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quodque canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia earundem ecclesiarum aliis quam de nobili genere ex utroque parente procreatis vel magistris seu licentiatis aut bacalariis formatis in theologia sive doctoribus seu cum rigore examinis in iure canonico vel civili licentiatis aut in medicina vel in artibus magistris, qui post assumptionem magisterii per ipsos in illis aut aliqua alia facultate per septennium studuerit vel rexerit sive apostolice Sedis officialibus pro tempore existentibus, qui in eadem ecclesia iuxta ipsius statuta et laudabiles consuetudines in divinis personaliter deservire teneantur et sint astricti conferri possint, nec ad canonicatus et prebendas ac dignitates huiusmodi alias quam ut prefertur qualificati admitti possint, quibus illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie motu simili specialiter et expresse derogamus, quodque tu ut prefertur qualificatus non existis contrariis quibuscunque aut si aliqui prefata apostolica vel alia quavis auctoritate in dictis ecclesiis in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis etiam maioribus ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis dictarum ecclesiarum speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, aut si episcopis et capitulis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis etiam maioribus seu pinguioribus ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis dictarum ecclesiarum vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, seu si presens non fueris ad prestandum de observandis, statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta dummodo in absentia

tua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesias ipsas accesseris, corporaliter illa prestes, aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratiis in predictis ecclesiis litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam presentes effectum sortiri volumus quacunque constitutione apostolica contraria non obstante. Et insuper nos, qui etiam dudum inter alia voluimus, statuimus et ordinavimus, quod in expectativis, gratiis illarumque extensionibus, revalidationibus et collationum mutationibus per nos extunc de cetero concedendis ac desuper conficiendis literis verba, motus proprii quoad beneficia extunc inantea vacatura nulli, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis fuerint, quomodolibet suffragentur, nisi solum et duntaxat ad tollendum et excludendum surreptionem literarum earundem, ut ex literis et gratia huiusmodi celeriorem consequaris effectum, motu simili volumus et eadem tibi apostolica auctoritate concedimus, quod verba motus proprii huiusmodi tibi suffragentur et omnes, quos de iure communi et alias operari possunt et debent, operarentur, effectus quodque in assecutione prebendarum etiam maiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii huiusmodi, que vigore presentium duxeris acceptanda, omnibus et singulis ac illis prorsus similibus antelationum prerogativis, decretis, declarationibus, gratiis, exceptionibus, derogationibus, suspensionibus, privilegiis, favoribus et indultis, quibus nonnulli familiares nostri continui, commensales etiam antiqui, et in certis aliis litteris nostris quoad quasdam illis per nos concessas antelationum prerogativas descripti in simili assecutione canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum vel officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis concessarum duxerint acceptanda, utuntur, potiuntur, et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ad ipsorum descriptorum familiarium instar, sed pariformiter et eque principaliter absque ulla differentia, sine tamen eorundem descriptorum familiarium preiudicio uti, potiri et gaudere possis et valeas ipseque antelationum prerogative immediate tibi suffragentur, in omnibus et per omnia perinde, ac si unus de numero dictorum familiarium descriptorum et in eisdem nominatim specifice immediate post ultimum descriptus et annotatus fores, quodque omnibus et singulis aliis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, preeminentie vel conditionis fuerint, similes vel dissimiles gratias, expectativas aut speciales reservationes earumque revalidationes, extensiones et mutationes collationum, etiam motu simili et ex certa sciencia et cum predictis et aliis quibuscunque antelationum prerogativis, decretis, declarationibus, derogationibus, suspensionibus, exceptionibus, concessionibus, ordinationibus, privilegiis, gratiis, favoribus et indultis etiam presentibus expresse derogantibus ac aliis derogatoriarum derogatoriis fortioribus, efficatioribus et insolitis clausulis, vim et effectum habentibus, in genere vel in specie concessis, hactenus forsan concedendis, etiam sub pari vel anteriori datis tunc et imposterum prosequentibus, etiam in canonicos creatis et receptis ac in processibus diligentioribus et quacunque antelationum prerogativa etiam simili aut presenti maiori nunc et imposterum munitis in huiusmodi per te facienda assecutione omnino possis et debeas anteferri nec antelationum prerogative, decreta, declarationes, suspensiones et clausule predicte aut alie maiores et etiam presentibus derogantes aliis personis predictis concesse hactenus et imposterum forsan concedende, etiam si in eis caveretur expresse, quod illis per alia privilegia literas seu indulta derogari aut illarum effectus suspendi non posse et in assecutione per eos facienda singulis aliis personis etiam similes vel illis maiores prerogativas pro tempore prosequentibus omnino possent et deberent anteferri, quominus tu in dicta per te facienda assecutione potior existas, cuiquam suffragentur. Non obstantibus posterioribus voluntate,

statuto et ordinatione ac aliis premissis necnon in favorem certorum tunc expressorum Romane curie officialium, quoad quasdam eis concessas antelationum prerogativas editis, quibus hac vice duntaxat motu simili derogamus ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, que in dictis eisdem descriptis, familiaribus concessis literis voluimus non obstare ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod quamprimum canonicatum et prebendam seu dignitatem, personatum, administrationem vel officium generaliter reservata, cuius seu quorum fructus, redditus et proventus viginti quatuor florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum excedant, fueris vigore presentium pacifice assecutus, novam provisionem a nobis vel Sede predicta infra quatuor menses a die adepte pacifice possessionis huiusmodi computandos impetrare et litteras desuper ex toto expedire et annatam seu medios fructus camere apostolice persolvere omnino tenearis, alioquin acceptatio et provisio predicte nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, collationis, provisionis, reservationis, inhibitionis, constitutionis, mandati, voluntatis, derogationis et concessionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCC primo idibus may, pontificatus nostri anno nono.

491.

Wilno, 20 maja 1501.

Wojciech biskup wileński na prośbę Mikołaja Korczaka prepozyta kościoła Św. Ducha w mieście Wilnie przyjmuje jego rezygnację z prebendy i ogłasza jej wakans, a równocześnie na prośbę Piotra lektora i Abrahama braci zakonu dominikańskiego w Polsce transumuje i zatwierdza dokument Aleksandra wielkiego księcia Litwy, wydany w Wilnie d. 10 maja 1501 (ob. wyżej Nr 486), na podstawie którego wspomniany kościół oddaje w zarząd i wciela do klasztoru dominikanów wileńskich z zachowaniem jego wezwania i wszelkich dochodów; zobowiązuje przytem braci do odbywania w katedrze wileńskiej kazań w niedziele i święta, na co z własnej szkatuły daje im sześć dukatów węgierskich, do czego kapituła wileńska dodała ze swych dochodów drugie sześć dukatów celem wysyłania jednego z braci na studja kaznodziejskie do Bolonji lub gdzieindziej zagranicę.

Or. brak.

Kop. Transumpt Erazma Ciołka prepozyta wileńskiego sporządzony w Wilnie d. 20 maja 1503; tekst jego znajduje się w Kopjarzu dokumentów dominikańskich, przechowanym w Archiwum oo. dominikanów w Krakowie a zawierającym kopje oryginalne i zwyczajne z w. XVI i XVII, na k. 9—12 (ob. niżej pod tą datą).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus Dei et apostolicę Sedis gratia episcopus Vilnensis. Cum ex iniuncto nobis sollicitudinis pastoralis offitio his, qui salutem gregis dominici nobis crediti et propagationem religionis et fidei catholicę in agro militantis Ecclesiae respiciunt, crebris vigiliis decet intendere et illic animum nostrum inflectere et indefesse laborare, quod praeconio laudis divinę, exemplari vita et praedicatione verbi divini fides sancta dilataretur et reciperet incrementa. Proinde significamus tenore presentium quibus expedit universis praesentibus et

futuris praesentium notitiam habituris, quomodo honorabilis vir Nicolaus Korczak praepositus S. Spiritus in civitate Vilnensi coram nobis comparens, non compulsus, non coactus neque aliquo errore devio seductus seu alicuius suggestione circumventus, quinimo sanus mente pariter et corpore existens, matura intra se deliberatione praehabita, omnibus melioribus: modo, via, iure et forma, quibus melius et efficatius potuit et debuit, praefatam ecclesiam S. Spiritus eiusque titulum pure, simpliciter et de plano coram nobis et in manibus nostris resignavit et irrevocabiliter et cum effectu renunciavit et cessit eidem, petens huiusmodi resignationem per nos admitti et vacare ecclesiam designatam decerni. Nos vero attendentes petitionem huiusmodi fore iustam et rationi consonam et quod iusta petentibus non est denegandus assensus, resignationem huiusmodi suscepimus, admisimus decernimusque ipsam ecclesiam vacare. Post cuius quidem ecclesiae resignationem et eiusmodi admissionem et susceptionem ac nostrum decretum, comparentes coram nobis religiosi[a] Petrus lector et Abraham fratres ordinis Praedicatorum S. Dominici de observantia regni Polonię et certas literas donationis et approbationis dictę ecclesiae S. Spiritus ordini praefato et fratribus eiusdem per serenissimum principem et dominum dominum Alexandrum Dei gratia magnum ducem Litwanię, Samogitiae etc., dictę ecclesiae S. Spiritus patronum, datas et concessas sigilloque maiestatis magni ducatus Litwanię munitas et sigillatas, sanas, salvas et illaesas, non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, coram nobis et venerabilibus dominis praelatis et canonicis capituli ecclesiae nostrae cathedralis Vilnensis exhibuerunt et praesentaverunt. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

(Następuje dokument Aleksandra w. księcia litewskiego wydany w Wilnie d. 10 maja 1501, ob. wyżej Nr 486).

Post quarum quidem literarum exhibitionem et praesentationem fuit nobis per antedictos fratres nomine totius ordinis et praesertim provinciae regni Polonię humiliter supplicatum, quatinus literas per serenissimum dominum Alexandrum magnum ducem Litwanię etc. eis concessas et donatas, quibus sese recognovit et exposuit memoratam ecclesiam S. Spiritus cum omnibus ad eam pertinentibus dicto ordini Praedicatorum S. Dominici pro provincia Poloniae donasse cum omni iure et dominio perpetuo et in ęvum, auctoritate nostra ordinaria acceptare et approbare et pro ipsarum ac in eis contentorum firmiori subsistentia nostris inscriptionibus[b] roborare dignaremur. Nos igitur Albertus Dei gratia episcopus Vilnensis memoratus cultum divinum nostris temporibus in diocesi nostra ampliare et saluti animarum, prout ex debito nobis officioque a Deo tradito tenemur et astricti sumus, providere cupientes, supplicationibus praefatorum fratrum, nomine et amore dicti ordinis, qui ab initio sui ad praedicationem et animarum salutem noscit institutus fore, et praesertim his, que salutem fidelium et fratrum ipsius ordinis praedicationibus continuis, consiliis sanis et charitativis admonitionibus in nostra diocesi accedere conspicimus, benigniter inclinati, visis itaque videndis et servatis servandis ac diligenter examinatis maturaque inter nos deliberatione praehabita, dictis donationibus literas serenissimi principis et in eis contenta non sine consilio et consensu dominorum praelatorum et canonicorum capituli ecclesiae nostrae Vilnensis auctoritate nostra ordinaria acceptamus et acceptatas approbamus, confirmamus et ratificamus ac robur perpetuę firmitatis obtinere et observari debere tenore praesentium decernimus et eadem auctoritate dictam ecclesiam tituli S. Spiritus in titulum perpetui monasterii S. Dominici, salvo titulo dictae ecclesiae S. Spiritus, concedimus, assignamus, damus et

491. [a] religiosis *błędnie w tekście* [b] *w tekście popr.* z subscriptionibus

incorporamus, cum omni iure tam in spiritualibus quam in temporalibus omnibusque pertinentiis et obventionibus ad eandem ecclesiam ab antiquo et sui principio venire consuetis ex nunc et in ęvum inscribimus, ut quidem de caetero perpetuis[c] futuris temporibus per priores praefati ordinis Praedicatorum iuxta statuta ipsius regatur et gubernetur. Hoc nichilominus adicientes, quod fratres in praefato monasterio per nos ut praesertim iam firmati, roborati et privilegiati singulis diebus dominicis et festis in ecclesia nostra cathedrali ad praedicandum seu offitium praedicationis evangelicae exercendum et continuandum perpetuo tempore tenebuntur et sunt asstricti; quibus fratribus, ut dictum offitium praedicationis in nostra ecclesia cathedrali continuetur et perennetur, nos Albertus Dei gratia episcopus Vilnensis de nostro thesauro et successores nostri sex florenos Ungaricalis ponderis boni, et venerabiles domini praelati et canonici dictae ecclesiae Vilnensis praesentes et futuri, de quorum proventu seu divisione similiter sex florenos eiusdem ponderis pro fratre ordinis praefati, qui a monasterio seu conventu per fratres ipsius eligetur et ab ordine ad studium Bononiense aut quodcunque aliud extra provinciam Poloniae, ubi viget generale gimnasium sacrae scripturae, mittetur, qui frater tandem de studio ad quod fuerat assignatus rediens ad cenobium suum Vilnense tamdiu tenetur ad dictam praedicationem in ecclesia cathedrali Vilnensi faciendam et continuandam aut quicunque alius frater ipsius ordinis priorem fratrem casu aliquo praeveniente, donec alius, qui pro simili studio fuerit assignatus, sui studii termino completo revertatur et in locum eius, qui ante praedicavit, succedat, perpetuo tempore quolibet anno pro festo Resurrectionis Dominicę pro dicto fratre studendo tenebuntur, et successores nostri tenebuntur dare et sunt constricti contribuere summam praescriptam duodecim florenorum Hungaricalium uniformiter sic per nos iam assignatam. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes literas sive praesens publicum instrumentum incorporationis et annexionis huiusmodi in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus sigillorumque nostri et capituli ecclesiae nostrae cathedralis Vilnensis iussimus et fecimus appensione communiri. Actum et datum Vilnę in curia nostra episcopali, sub anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo primo, indictione quarta, die vero vigesima mensis maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Alexandri papae sexti anno ipsius nono. Praesentibus ibidem venerabilibus dominis magistro Jacobo de Kuczewo, decano Martino de Radom, Georgio Philipowicz decretorum doctore, Bernardo de Vilna artium magistro, Joanne de Dobrzynice, Gasparo de Warszowia et Nicolao de Żukowo canonicis, nec non honorabilibus viris Joanne de Troki thesaurario reverendissimi domini episcopi Vilnensis, Joanne artium baccalaureo, Georgio clavigero, plebano in Widzie, Mathia de Grodno artium baccalaureo, Abraham de Mazowo et Stanislao de Kijowia capellanis dicti domini reverendissimi, nec non Valentino Kucharski altarista serenissimi principis, Nicolao Kugnia capellano Gastoldi et Stanislao capellano capellae S. Trinitatis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et[d] ego Nicolaus Petri de Wolborz clericus Gneznensis diocesis, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius publicus et coram praememorato reverendissimo in Christo patre et domino domino Alberto Dei gratia episcopo Vilnensi causarum et facti huius-

---

491. [c] *w tekście popr. z* perpetuos [d] *poniższą klauzulę notarjalną poprzedzają w kopji słowa:* Subscriptio notarii publici literarum praeinsertarum sequitur et est talis:

modi scriba, quia praedictae resignationi et eiusdem admissioni et susceptioni ac decreto vacationis nec non incorporationis et annexionis praedictorum aliisque omnibus et singulis praedictis, dum sic ut praemittitur ageretur et fierent, una cum praenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audivi; ideo hoc praesens publicum instrumentum manu alterius notarii fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigillorum dicti reverendissimi domini Alberti episcopi Vilnensis et sui capituli consignavi rogatus et requisitus in testimonium praemissorum.

492.

Rzym, 22 maja 1501.

Papież Aleksander VI wszystkim wiernym nadaje odpust pięciu lat i tyluż kwadragen za każdorazowe nawiedzenie i wspomożenie jałmużną kaplicy św. Anny w mieście Wilnie we dni ŚŚ. Anny, Franciszka, Antoniego oraz w uroczystość Wniebowstąpienia Pańskiego i Poświęcenia tejże kaplicy, do której Aleksander w. książę litewski ma szczególne nabożeństwo.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 40—40', na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, *przy końcu, pod tekstem:* P. Thomarocius, *niżej inną ręką:* Collat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armar. XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 65'—66'.*

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 27.

Wyd. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 291/2 nr 314 (z Kop. 1).

Alexander etc. Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Etsi cuncte Ecclesie et loca sub Sanctorum Sanctarumque Dei vocabulis fundata sint pia fidelium devolutione veneranda, illa tamen, que in honorem sancte Anne fundata repperiuntur, celebriori memoria convenit honorari, ex qua nata extitit Filia, que clausam nobis salutis portam aperuit et Regem regum pro nostra redemptione humane fragilitatis veste indutum immaculata genuit et intacta. Cupientes igitur, ut capella sancte Anne in civitate Wylnensi, et ad quam ut accepimus dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lytthuanie et carissimorum in Christo filiorum nostrorum Hungarie, Polonie et Boemie regum illustrium frater singularem gerit devotionis affectum, congruis honoribus frequentetur et in suis structuris et edificiis manuteneatur et augeatur librisque, calicibus, luminaribus, paramentis et aliis ornamentis ecclesiasticis divino cultui necessariis decoretur et muniatur, ac utriusque sexus christifideles eo libentius devotionis causa ad eandem capellam confluant et ad huiusmodi manutentionem et augmentum ornamentorumque acquisitionem et munitionem manus promptius[a] porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus antedictis vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in eiusdem sancte Anne, sancti Francisci, sancti Antonii, Ascensionis Domini ac Dedicationis eiusdem capelle festivitatibus et diebus a primis vesperis

492. [a] *dwa razy powtórzył przy przeniesieniu*

usque ad secundas vesperas inclusive festivitatum et dierum earundem devote visitaverint annuatim et ad predicta manus porrexerint adiutrices, pro singulis festivitatibus et diebus huiusmodi, quotiens id fecerint, quinque annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam capellam et ad premissa manus adiutrices porrigentibus, vel alias ibidem pias elemosinas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M°CCCCC° primo undecimo[b] kalendas iunii[b], pontificatus nostri anno nono.

493.

Rzym, 8 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI na prośbę Aleksandra w. księcia litewskiego oraz wszystkich mieszkańców księstwa jego, duchownych i świeckich, przedłożoną sobie przez posła tegoż a swego notarjusza mistrza Erazma Ciołka, proboszcza kościoła wileńskiego, jak również ze względu na grozę niebezpieczeństwa tureckiego udziela pełnego odpustu roku jubileuszowego temuż w. ks. Aleksandrowi oraz wszystkim jego księstwa mieszkańcom, jeżeli spowiadając się i pokutując w ciągu sześciu miesięcy po ogłoszeniu bulli niniejszej tamże na miejscu nawiedzą kościoły, jakie im wskaże wspomniany proboszcz Erazm, ustanowiony niniejszem przez papieża komisarzem apostolskim w tej sprawie lub wskażą wyznaczeni przez niego zastępcy jego, tudzież złożą do skarbony na rzecz krucjaty przeciwko Turkom, Tatarom i innym niewiernym czwartą część tej sumy, którąby wydali w czasie swej pielgrzymki jubileuszowej do Rzymu tam i z powrotem, albo walcząc co najmniej sześć miesięcy z tymiż Turkami i Tatarami, nie będąc zobowiązani do tej wojny; zleca temuż komisarzowi lub jego zastępcom ustanowić przy swych kościołach jubileuszowych spowiedników, duchownych świeckich czy zakonnych, mających tę samą władzę rozgrzeszania, co spowiednicy apostolscy w bazylice św. Piotra w Rzymie; pozwala, by chorzy lub inni nie mogący nawiedzić owych kościołów przesłali do nich taką kwotę, jaką wydają tygodniowo na utrzymanie swego domu i w domu mogli się spowiadać u przybyłych do nich kapłanów, którzy w razach wątpliwych oznaczą sumę przesłać się mającą do skarbony; wreszcie zarządza trzy klucze przy każdej skarbonie i pilne notowanie wybranych pieniędzy, które wszystkie przeznacza na podjęcie krucjaty przez tegoż Aleksandra w. księcia litewskiego.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Armar. XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 53'—57 z nagłówkiem: Bulla Jubilei anni centesimi Magno Ducatui Lithuaniae concessa, *przy końcu zaś pod tekstem:* P. TVBA. — *2. Acta Cap.*

492. [b–b] *dopisane odmiennem drobniejszem pismem*

Cath. Viln. T. I k. 6'—10 nr X (oznaczenie ks. M. Herburta) z nagłówkiem: Copia bulle iubilei per eundem prepositum *(= E. Ciolek)* expedite.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 84 nr 13.

Alexander episcopus serws serworum Dei. Ad futuram rei memoriam. Pastoris eterni, qui pro salute gregis dominici se in precium imolare non abnuit, vices quamvis immeriti gerentes in terris et gregem ipsum nobis divina disposicione commissum paterne consideracionis intuitu conspicientes, de animarum singulorum fidelium credencium populorum salute sollicite cogitamus et earum periculis occurrimus, ut tenemur, eosque, quos ut peculiares filios merito in visceribus gerimus caritatis, de apostolice potestatis plenitudine, quam non ab homine obtinemus sed a Deo, indulgenciarum favoribus prosequimur et remissionibus peccatorum confovemus. Dudum siquidem cum sacer iubilei annus proxime decursus remissionis et gaudii ac reconciliacionis humani generis Redemptori nostro piissimo, qui quolibet anno centesimo ab illius primeva ordinacione per felicis recordacionis Bonifacium VIII institutus et deinde Clementem VI ad quinquagesimum ac successive Gregorium XI ad tricesimum tercium et postremo ad vigesimum quintum annos per pie memorie Paulum II Romanos pontifices, predecessores nostros, propter humane vite brevitatem reductus fuit, instare nosceretur essetque ille centesimus annus, qui ab ipsa primeva ordinacione fuit institutus et in quo universi christifideles quibuscumque eciam gravissimis delictis obnoxii, vere penitentes et confessi visitando basilicas et ecclesias alme Urbis et extra eam ad id deputatas illarumque maiora altaria plenissimam omnium peccatorum suorum indulgenciam consequebantur et propterea ab omnibus christifidelibus cum maiori frequencia et devocione non immerito celebrandus; ac cuperemus ipsum annum iubileum ab ipsis fidelibus cum omni debita et singulari devocione celebrari ac fideles ipsos ad dictam Urbem pro reverencia beatorum Petri et Pauli apostolorum principum, qui eam precioso sanguine suo consecrarunt et in quorum basilicis sub illarum maioribus altaribus ipsorum apostolorum corpora gloriosa et in maiori altari eclesie Lateranensis capita recondita conservantur, pro indulgenciis dicti anni iubilei consequendis undecumque personaliter accedere, nos per alias diversas litteras nostras plenissimam ipsius anni indulgenciam litterasque eorumdem predecessorum nostrorum desuper emanatas de fratrum nostrorum consilio approbando et innovando, ne contingeret aliquem ignorare seu dubitare, quo tempore annus ipse iubilei inciperet et que ac quot eclesie pro dicta consequenda indulgencia et quot diebus ille visitari deberent, ex certa sciencia per alias nostras litteras omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus per universum orbem constitutis nunciavimus et declaravimus ipsumque annum iubilei in vigilia et primis vesperis Nativitatis eiusdem Domini nostri Jesu Cristi anni Incarnacionis Dominice millesimi quadringentesimi nonagesimi noni preteriti inchoare, prout in eisdem nostris litteris, quarum tenores ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem, sicut nobis nuper dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lithvanie per dilectum filium magistrum Erasmum Vitellium prepositum eclesie Vilnensis, notarium nostrum, suum apud nos oratorem ipsiusque magni ducis suppremum secretarium, quem ad nos pro prestanda nobis et apostolice Sedi obediencia destinavit significari, fecit ipse magnus dux nec non archiepiscopi, episcopi et abbates, duces, palatini, barones, nobiles, cives, incole, habitatores et alie persone ducatus Lithvanie ac aliorum locorum et dominiorum prefato magno duci subiectorum eclesiastici eciam religiosi et seculares utriusque sexus, devoti quidem et affecti ac cupi(di) salutis animarum suarum et indulgenciarum dicte Urbis,

tam qui anno iubilei huiusmodi durante basilicas et alias ipsius Urbis eclesias pro consequenda indulgencia et remissione huiusmodi per nos approbata et innovata libenter visitassent, si senio debilitate, valitudine corporis, infirmitatibus, inopia, impotencia, divinorum operum, humanorum obsequiorum vel aliorum negociorum occupacione detenti non fuissent, aut itineris distanciam et viarum discrimina aliosque sinistros eventus non formidassent, quam etiam qui nullo impedimento astricti basilicas et eclesias ipsas visitare non proposuerant, cupiant alias indulgenciarum huiusmodi fieri participes. Nos, qui cunctorum christifidelium animarum salutem intensis desideriis affectamus, consideracioni eciam ipsius Alexandri magni ducis nobis super hoc humiliter supplicantis, ut tam ipsius quam eciam archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, baronum, nobilium, palatinorum, civium, incolarum, habitatorum et aliorum singulorum christifidelium huiusmodi animarum saluti salubrius consulatur, providere volentes ac cupientes, immanissimorum Turcorum, qui inconsutilem tunicam Christi scindere et Rempublicam christianam evertere ac cruentissima cede christianos ipsos trucidare non cessant, gravi tam imminente pressura, dum expugnatis superioribus annis Neaponto[1], Motonensi[a2] et Coronensi[3] civitatibus aliisque castris christianorum munitissimis in reliqua loca convicina suos formidabiles exercitus classesque maritimas summa diligencia destinarunt et in christianum populum canina rabie magis atque magis sevire non desinant, conatibus obviare, et cum ad id nostre non suppetant facultates, Alexandrum magnum ducem et archiepiscopos, episcopos, abbates, duces, palatinos, barones, nobiles, cives, incolas, habitatores et alios christifideles predictos ad impendendum ad id auxilia opportuna, peccatorum remissionibus et indulgenciis visitare eosque favoribus prosequi graciosis, auctoritate apostolica ex certa nostra sciencia ac de apostolice potestatis plenitudine tenore presencium statuimus et ordinavimus, quod Alexander magnus dux necnon archiepiscopi, episcopi, abbates, duces, palatini, barones, nobiles, cives, incole, habitatores et omnes alii christifideles utriusque sexus ducatus Lithvanie ac locorum et dominiorum predictorum cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, condicionis, nobilitatis et preeminencie existant, eclesiastici eciam religiosi et seculares vere penitentes et confessi, qui post solemnem publicacionem presencium in partibus illis factam usque ad sex menses extunc proxime sequentes inclusive basilicas in ducatu locis et dominiis predictis consistentes, quas prefatus Erasmus prepositus, quem ad hec et alia infrascripta peragenda commissarium nostrum auctoritate apostolica prefata earumdem tenore presencium deputamus vel ab eo substituendi, duxerint esse visitandas debito tempore et iuxta eorumdem commissarii vel substituendorum ab eo providam ordinacionem super hoc faciendam devote visitaverint et in capsis ad hoc in subsidium sancte cruciate eciam pro fidei orthodoxe exaltacione adversus Turcos prefatos ac Tartaros et alios infideles per ipsos commissarium vel ab eo substituendos deputandis, quartam partem illius precii, quod visitando limina apostolorum Petri et Pauli ac alias basilicas dicte Urbis et extra eam ad id deputatas, tam in eundo de locis suis ad Urbem predictam quam redeundo de eadem ad loca predicta, verisimiliter exponerent vel alias iuxta[b] eorumdem commissarii seu ab eo deputandorum ordinacionem predictam sive arbitrium effectualiter posuerint, seu qui contra eosdem Turcos, aut Tartaros et alios infideles per se vel alium impensis suis adminus per sex menses

---

493. [a] *tak w tekście zam.* Modonensi   [b] ordinem *w tekście*

493. [1] *Naupaktos = Lepanto, port nad zatoką koryncką, zdobyty przez Turków w r. 1498.* [2] *Modoni, port na płd.-zach. Peloponezie.* [3] *Koroni, port niedaleko poprzedniego portu na płd.-zach. Peloponezie.*

pugnaverint, dummodo ad id alias obligati non fuerint, eandem prorsus indulgenciam anni iubilei plenissimam, peccatorum suorum remissionem ac cum Altissimo reconciliacionem consequantur, quam consecuti forent, si anno iubilei huiusmodi Romam profecti fuissent ac basilicas et eclesias ad id in eadem Urbe et extra eam deputatas iuxta nostram et predecessorum nostrorum predictorum ordinacionem huiusmodi visitassent ac omnia alia implevissent, que pro consecutione indulgenciarum huiusmodi quomodolibet acquirebantur. Et ut fideles ipsi huiusmodi indulgencie commodius fieri possint participes, prefato commissario vel ab eo substituendis actoritate nostra eclesias, que propterea visitari debeant, declarandi et in qualibet eclesiarum earundem simul vel successive certum numerum presbiterorum secularium vel religiosorum, de quo eis videbitur, ad audiendum eorumdem fidelium pro indulgencia huiusmodi consequenda ad ecclesias ipsas, in quibus deputati fuerint, confluencium, confessiones deputandi et eisdem presbiteris secularibus vel regularibus, quos per ipsos commissarium vel substituendos ad id deputari contigerit usque ad tempus per eos prefigendum, eorumdem fidelium confessione diligenter audita pro commissis per ipsos christifideles excessibus, criminibus et peccatis quibuslibet, eciam si talia forent, propter que Sedes predicta merito esset consulenda, eis de absolucionis beneficio providendi et penitenciam salutarem iniungendi nec non vota per eos emissa in opus indulgenciarum huiusmodi commutandi ac alias in omnibus et per omnia iuxta facultatem, per alias litteras nostras dilectis filiis penitenciariis in eadem basilica beati Petri deputatis dicto anno iubilei attributam, auctoritate apostolica prefata earundem presencium tenore concedimus potestatem et facultatem. Et ne illi, qui peregrinari et aliquam ex eclesiis deputandis pro consequenda indulgencia huiusmodi commode et honeste visitare non potuerint, utriusque sexus utpote infirmi, decrepiti, valitudinarii divinisque aut humanis serviciis mancipati, effectu careant indulgencie memorate, volumus, quod si tales huiusmodi et aliis quibusvis impedimentis dictas eclesias deputandas visitare impediti vere penitentes et confessi in Ducatu locis et dominiis predictis habitantes ad capsas predictas per fideles manus transmiserint, quantum per unam ebdomadam integram in victualibus cum eorum familia exponere consueverint, tam ipsi quam de ipsorum sic impeditorum familia existentes, non impediti eandem prorsus indulgenciam anni iubilei plenissimam huiusmodi consequantur ac si loca huiusmodi indulgenciarum personaliter visitarent; liceatque prefatis commissario vel substituendis pro talibus impeditis in singulis locis, de quibus sibi videbitur confessores deputare idoneos et quos ipsi non venientes eligere voluerint, qui erga impeditos eosdem ac de eorum familia existente pari qua alii confessores predicti erga visitantes ipsas eclesias deputandas auctoritate fungantur; et quia facile contingere posset aliquos dubitare, quantum offerre debeant pro consequenda indulgencia predicta et nonnullos esse dubios et incertos, an eorum impotencia, infirmitas vel servicii occupacio sit adeo excusabilis, notabilis et legittima, quod iuxta premissa ad visitacionem faciendam astringi non debeant vel indulgenciam huiusmodi consequantur, sed pro illa consequenda sufficiat eis quantitatem predictam in capsis huiusmodi per fideles manus poni facere, volumus, quod declaracioni per commissarium et substituendos predictos desuper faciende firmiter stetur, quodque prefati commissarius vel ab eo substituendi in singulis predictis locis sive eclesiis ad id per eos ordinandis unam capsam cum tribus clavibus, quarum una penes commissarium vel ab eo deputandum et alia penes ipsum magnum ducem vel quem ad id duxerit deputandum et tercia penes alium notabilem virum eclesiasticum regularem sive secularem vel de quo ipsis commissario vel substituendis videbitur fide et facultatibus idoneum deponantur, ordinet. Et quitquid ex unaquaque capsa extrahi continget, per autenticas

personas annotari facere curet et illud totum in premissam causam, videlicet pro expedicione adversus ipsos perfidos Turcos, Tartaros et alios infideles per prefatum Alexandrum magnum ducem facienda et non in alios usus omnino convertatur. Et si forsan super premissorum execucione et presencium litterarum concessione eciam alia aliqua dubia exorirentur, eorumdem commissarii vel substituendorum, qui de premissis bene informati existunt, declaracioni stari debere decernimus. Et ut premissa melius et facilius semotis quibuslibet debitum consequantur effectum, omnibus et singulis locorum ordinariis, abbatibus et aliis eciam cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existant, utriusque sexus personis, in virtute sancte obediencie ac sub excomunicacionis late sentencie, a qua nonnisi a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus preterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione premissa absolvi possent ac peccuniaria ipsorum commissarii vel substituendorum arbitrio qualitate facti ac persone attenta, moderanda et de facto a contrafacientibus exigenda pena districtius inhibemus, ne videlicet ordinarii et alie eclesiastice seculares ac religiose persone, quicumque presencium publicacionem in eorum eclesiis, civitatibus et diocesibus, ubi et quotiens opus fuerit, faciendam impedire et aliquid pretextu dicte publicacionis peterint et eciam a sponte offerentibus exigere, recipere ac ipsi et quicumque alii in premissis ac circa ea fraudem aut dolum comittere, ne ut procurantes huiusmodi indulgencie participes fieri et sua pia suffragia erogare et mittere ab huiusmodi eorum pio proposito in toto vel in parte directe vel indirecte, tacite vel expresse retrahere ac contra presentes illarumque tenorem predicare et in ipsis predicacionibus pium christifidelium animum ab eorum pio et sancto proposito divertete quoquomodo presumant, mandan(tes) ipsas presentes per quoscumque verbi Dei predicatores eciam religiosos ordinum quorumcumque eciam mendicancium iuxta ordinacionem et requisicionem ipsorum commissarii vel ab eo substituendorum in Ducatu locis et dominiis predictis predicari et publicari debere. Non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac quibusvis privilegiis et indultis per Sedem eandem eisdem ordinibus illorumque personis in genere et in specie forsan quibusvis verborum formis et clausulis eciam derogatoriarum derogatoriis forcioribus, efficacioribus et insolitis, de quibus eciam presentibus eciam de verbo ad verbum pro illorum sufficienti derogacione habenda esset mencio specialis, que quoad hoc nolumus cuique ullatenus suffragari ceterisque contrariis quibuscumque. Et quoniam magna vis est oracionis, que pie et iugiter ad Deum funditur in tantum, ut orante Moise populus Israeliticus victoriam de inimicis reportaret, cessante vero oracione inimici potenciores redderentur, omnibus et singulis episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis et aliis eclesiarum et monasteriorum prelatis, conventibus et capitulis in virtute sancte obediencie mandamus, ut cantata in eorum eclesiis missa solemni Spiritus Sancti et convocato populo has nostras litteras publicent ac per circuitum solemnes faciant processiones ac clerum et populum Ducatus locorum et dominiorum predictorum moneant et requirant, ut per misericordiam Dei, quam sperant se suscepturos, oracionibus quantum possint insistant, ut Dominus noster Jesus Christus populo suo periclitanti subveniat, ut illum a faucibus draconis satagentis eum devorare eripiant; nos enim omnibus et singulis christifidelibus, qui predictis piis operibus insisterint, in omnibus eorum operibus et actibus in Domino benedicimus. Verum quia dificile foret presentes litteras ad singula queque loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus ac eciam dicta apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis unius vel duorum publicorum notariorum subscripcione et ipsorum commissarii vel substituendorum ab eo aut alicuius prelati seu persone eclesiastice in dignitate constitute iuxta voluntatem dictorum commissarii vel

ab eo substituendorum minutis ea prorsus indubia fides adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si essent exibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinacionis, deputacionis, concessionis, voluntatis, constitucionis, inhibicionis, mandati, decreti et benedictionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursurum. Datum Rome aput sanctum Petrum, anno incarnacionis Dominice millesimo quingentesimo primo sexto idus iunii, pontificatus nostri anno nono.

494.

Rzym, 15 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciołkowi proboszczowi kościoła wileńskiego, swemu notarjuszowi i Aleksandra w. księcia litewskiego do tegoż papieża i Stolicy apostolskiej posłowi, który już otrzymał dyspenzę apostolską na trzy beneficja kościelne z duszpasterstwem lub skądinąd incompatibilia i posiada między innemi probostwo wileńskie, uwalniając go od wszelkich cenzur kościelnych, dozwala mu na jego prośbę na czwarte beneficjum duszpasterskie lub skądinąd incompatibile w rzeczonym kościele wileńskim a we wszelkich innych dwa wszelkiego rodzaju z prawem ich zamiany lecz z zastrzeżeniem, iż więcej aniżeli dwóch kościołów parafjalnych nie może posiadać, uprawniając go do poboru wszystkich dochodów z tych beneficjów, wyjąwszy dystrybucyj codziennych; daje mu przywilej ołtarza przenośnego z mocą odprawiania mszy o świtaniu i na miejscach obłożonych interdyktem kościelnym przez władze ordynarjuszowskie, ponadto słuchania i rozgrzeszania, wyjąwszy rezerwatów Stolicy apostolskiej, wszystkich osób podległych mu prawem parafjalnem lub innych beneficjów, jakie posiada.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vaticana T. 868 k. 29'—34', na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, *przy końcu pod tekstem tąż ręką:* P. Thomarotius, *poniżej inną ręką:* Collat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 72.*

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 31.

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis, notario nostro, in artibus magistro salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis innari percepimus, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequendo petitiones tuas, per quas tibi et aliis personis de beneficiis ecclesiasticis valeat provideri, ad exauditionis gratiam admittamus illaque tibi favorabiliter concedamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna, ac votis tuis, presertim per que tue et aliorum christifidelium animarum saluti consulere et ex devotionis fervore prodire conspicimus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos te, qui dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis

Lytthuanie ad nos et Sedem predictam orator destinatus existis, et cum quo dudum, ut asseris, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitana post pontificales maiores, seu in cellegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut duo ex eis parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie forent, et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consvevissent, qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum, si tibi alias canonice confererentur aut eligereris, presentareris vel alias assumereris ad illa et instituereris in eis, recipere et insimul quoad viveres retinere illaque omnia et singula simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens tibi placeret dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica tria duntaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul quoad viveres, ut prefertur, retinere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique prepososituram ecclesie Wilnensis inter alia obtines, premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu gracioso favore prosequi volentes teque a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, nec non quecunque duo alia curata seu alias incompatibilia, que ex dicta dispensatione ac omnia et singula alia beneficia ecclesiastica sine cura, que obtines ac cum cura et sine cura, que expectas, nec non in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque ac dicte preposituve fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores, presentibus pro expressis habentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum ut unacum prepositura et duobus aliis incompatibilibus, que forsan obtines, seu absque illis tribus aliis incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis, ad que tecum dispensatum extitit ut premittitur, per te pro tempore obtentis, quodcunque quartum curatum seu alias incompatibile, necnon in predicta Wilnensi et quibusvis aliis cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis aut parrochialibus aliisque ecclesiis quecumque duo alia dissimilia vel similia simplicia sub singulis duobus tectis earundem ecclesiarum consistentia beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ex beneficiis sub singulis duobus tectis consistentibus cum cura, aut canonicatus et prebenda et tam illud quam aliud quartum incompatibile beneficium huiusmodi, dignitas, personatus, administratio vel officium in cathedrali etiam metropolitana vel collegiata et dignitas ipsa in cathedrali etiam metropolitana post pontificalem maior, seu in collegiata ecclesia huiusmodi principalis, aut parrochialis ecclesia vel eius perpetua vicaria fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consveverit, quis per electionem assumi eique cura immineat animarum, si tibi alias canonice conferentur, aut eligaris, presenteris vel assumaris ad illa et instituaris in eis, recipere et insimul quoad vixeris retinere, illaque omnia simul vel successive, simpliciter vel ex causa permutationis, quotiens tibi placuerit, dimittere ac loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, quartum videlicet curatum seu alias incompatibile et duo sub singulis duobus tectis consistentia, dummodo inter ipsa omnia plura quam quatuor curata et inter ipsa quatuor incompatibilia plures quam due parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie insimul et sub eodem tecto singularum duarum ecclesiarum huiusmodi consistentia, duo canonicatus et totidem prebende, seu due dignitates, personatus,

administrationes vel officia non fuerint, similiter recipere et insimul quoad vixeris ut prefertur retinere libere et licite valeas, auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus, ac tibi, quod in Romana Curia vel altero beneficiorum tuorum ecclesiasticorum per te pro tempore obtentorum residendo, aut litterarum studio in loco ubi illud vigeat generale insistendo, vel eidem Magno Duci inserviendo, etiam quoad vixeris, omnes et singulos fructus, redditus et proventus dicte prepositure et quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam ex statutis et consvetudinibus seu fundationibus personalem residentiam requirentium, etiam ut prefertur qualificatorum, que in quibusvis ecclesiis sive locis obtines et imposterum obtinebis, cum ea integritate, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, libere percipere valeas, cum qua illos perciperes, si in eisdem ecclesiis sive locis personaliter resideres et ad residendum interim in eisdem minime tenearis, nec ad id a quoquam invitus valeas coarctari. Quodque liceat tibi habere altare portatile cum debitis reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis sine iuris alieni preiudicio et cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, et si forsan ad loca ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate supposita te declinare contigerit, in illis clausis ianuis, non pulsatis campanis et summissa voce, excommunicatis et interdictis exclusis, in tua et familiarium tuorum domesticorum presentia, dummodo tu vel illi causam non dederitis interdicto, nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici, possis per te ipsum, cum ad presbiteratus ordinem promotus fueris, aut proprium vel alium sacerdotem ydoneum missas et alia divina officia celebrare seu celebrari facere, dicta auctoritate apostolica etiam presentium tenore de speciali gratia indulgemus. Preterea tibi quascunque personas utriusque sexus ratione quorumcunque parrochialium ecclesiarum aut aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que obtines et pro tempore obtinebis, tue commissas cure, confessionibus earum diligenter auditis ab omnibus et singulis earum peccatis, excessibus, criminibus et delictis, dummodo talia non fuerint, propter que Sedes apostolica merito consulenda foret quotiens fuerit oportunum, per te ipsum, diocesani loci vel cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, absolvendi et eis pro commissis penitenciam salutarem iniungendi, ac predicta et quecunque alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, que obtines ut prefertur et inposterum obtinebis simpliciter, aut pro alio vel aliis, simili vel dissimili, aut similibus vel dissimilibus, beneficio seu beneficiis, ecclesiastico vel ecclesiasticis ex causa permutationis, in qua tamen nulla illicita pactio seu simoniaca pravitas interveniat, cum quibusvis personis tecum permutare volentibus in quorumcunque ordinariorum locorum aut canonicorum metropolitane vel aliarum cathedralium ecclesiarum, seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum ad id per te eligendorum seu eligendarum manibus, extra Romanam curiam, predicte Sedis aut cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, resignandi, nec non ordinariis, canonicis et personis in dignitate constitutis huiusmodi resignationes ipsas a te simpliciter vel ex eadem causa a compermutantibus personis, ex dicta causa duntaxat, extra dictam curiam prefata auctoritate recipiendi, nec non ea que tu simpliciter ydonee seu ydoneis ad id per te nominande seu nominandis etiam quecunque quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus et expectantibus et que ex eadem causa tecum permutantibus personis, que vero tecum compermutantes persone resignaveritis beneficia huiusmodi, etiam si ut prefertur qualificata fuerint, dummodo dignitates in metropolitana vel aliis cathedralibus post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales et compermutantium personarum huiusmodi similem facultatem

non habentium beneficia dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, tibi eadem auctoritate conferendi et de illis etiam providendi omniaque et singula alia in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi et exequendi plenam et liberam auctoritate et tenore premissis licentiam concedimus et etiam facultatem. Et nichilominus dilectis filiis Gneznensis et Wratislauiensis ac Poznaniensis[a] ecclesiarum prepositis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra fructus, redditus et proventus huiusmodi tibi vel procuratori tuo legitimo iuxta dicte nostre concessionis tenorem integre ministrari, non permittentes te super illis per locorum ordinarios et dilectos filios earundem ecclesiarum capitula seu quosvis alios ad residendum in eisdem ecclesiis sive locis compelli aut alias contra nostre concessionis huiusmodi tenorem quomodolibet molestari. Contradictores auctoritate etc. Non obstantibus, si in ecclesiis sive locis huiusmodi primam non feceris residentiam personalem consuetam, ac felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri, per quam concessiones huiusmodi de fructibus in absentia percipiendis sine prefinitione temporis fieri prohibentur, ac generalis concilii nec non quibusvis aliis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non de notariorum Sedis predicte et quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis per nos vel Sedem predictam pro tempore factis reformationibus generalibus vel specialibus, ac ecclesiarum, in quibus quartum incompatibile et sub singulis duobus tectis consistentia et alia beneficia huiusmodi forsan fuerint, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, etiam si de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea, et ipsis litteris etiam ab alio vel aliis impetratis non utendo, aut alias quovismodo concessis, tu per te vel procuratorem tuum prestiteris hactenus vel imposterum te prestare contigerit forsitan iuramentum, contrariis quibuscunque, aut si ordinariis prefatis ab eadem sit Sede concessum vel imposterum concedi contingat, quod canonicos, rectores et personas suarum civitatum et diocesum etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis constitutas et in illis non residentes, aut qui in eis primam non fecerint residentiam, huiusmodi fructus, redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod quartum incompatibile et sub singulis duobus tectis consistentia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa immineat, nullatenus negligatur, sed in eis, quorum fructus in absentia huiusmodi te percipere contigerit, animarum cura huiusmodi per bonos et sufficientes vicarios, quibus de eorundem beneficiorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviatur, inibi laudabiliter in divinis et eorundem sub singulis duobus tectis consistentium beneficiorum congrue supportentur onera consueta. Volumus autem quod indulto huiusmodi celebrandi seu celebrari faciendi ante diem parce utaris, quia cum in altaris ministerio immoletur Dominus noster Ihesus Christus Dei Filius, qui candor est lucis eterne, congruit hoc

494. [a] *następuje wyraz* officialibus *przekreślony*

non noctis tenebris fieri, sed in luce. Quodque si beneficiorum predictorum simpliciter resignandorum singulorum fructus, redditus et proventus vigintiquatuor florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum excedant, conferentes et illi, quibus beneficia huiusmodi conferentur et si ex dicta causa resignationis huiusmodi fiant ac tuorum et tibi ex eadem causa collatorum beneficiorum huiusmodi fructus, redditus et proventus inequales et maioris valoris fuerint, etiam si ipsa inequalitas viginti quatuor florenos similes non transcendat, conferentes predicti et illi, quibus beneficia maioris valoris huiusmodi tunc collata fuerint, de nominibus et cognominibus personarum et beneficiorum eorundem ac diebus factarum collationum huiusmodi gentes camere apostolice aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos infra unum, si citra et tres menses, si ultra montes collationes ipse facte fuerint, iuxta quasdam pie memorie Sixti IV et Innocentii VIII Romanorum pontificum predecessorum nostrorum super hoc editas litteras certificare procuret. Alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, dispensationis, indulti, concessionis, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCC primo decimo septimo kalendas iulii, pontificatus nostri anno nono.

495.

Rzym, 23 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI, mistrza Erazma Ciołka, proboszcza katedry wileńskiej, swego notarjusza i posła wielkiego księcia Aleksandra u Stolicy apostolskiej, ze względu na życie przykładne, cnoty i zasługi mianuje comes palatinus sacri palacii apostolici et aule Lateranensis *wyszczególniając prawa z tym urzędem związane, między innemi prawo mianowania notarjuszy i tabeljonów publicznych oraz sędziów zwyczajnych jak również prawo dyspensowania od przeszkody urodzenia* (defectus natalium).

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vaticana T. 868 k. 34'—36' z zapiskami: na początku tekstu na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, *przy końcu pod tekstem tą samą ręką:* P. Thomarotius, *niżej inną ręką:* Collat. Hadrianus. — *2. Tamże, Armar. XXXII T. 21 k. 76 (Kopjarz rzymski Erazma Ciołka).*

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 90 nr 34.

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis sacrique nostri palacii Lateranensis comiti palatino salutem etc. Ecclesia Romana, cuius principatum super omnia extulit Divina Maiestas et a qua velut a primevo fonte honorum et dignitatum beneficia proveniunt, tamquam regina in vestitu deaurato circundata varietate devotos et fideles suos, quos fidei illibata sinceritas ac propria virtutum merita ad hoc recommendant, honoris et fame amphoris preconiis dignitatum titulis decorat, prout personarum qualitati respicit convenire. Hinc est, quod nos ad personam tuam, ob vite ac morum honestatem aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, debitum respectum habentes eamque specialis honoris et excellentie dignitate sublimare teque, qui etiam notarius noster et, ut accepimus, dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lytthuanie ad nos et Sedem apostolicam orator destinatus existis, premissorum intuitu gracioso favore prosequi vo-

